In cuius signum legitur Exs. vltimo, q̄ gloria domini implevit tabernaculum. Deinde ponit alia beneficia figura quorum tria sunt figura presentis spiritualis beneficii. Et horum primum est testamentū id est pactum circumcisōis abrae datum, ut dicit H̄n. 17. Quānis hoc possit referri ad testamentum nouū quod primo iudeis est p̄dicatum. Unde et dominus dicebat Matth. 15. Non sum missus nisi ad oves que perierūt domus israel. Et Je. 31. dicit. Feriam domui israel sedis nouum. Secundūz est lex data moysi. Unde et subdit. Legislatio. Eccl. 2.4. Legem mandauit nobis moyses. Tertium est cultus diuin⁹ cum dicit. Et obsequiū quo sc̄z deo seruiebant: omnibus alijs gentib⁹ fuiēt⁹ ydolis. Ysa. 4.4. Et nūc serue me⁹ Jacob rectissime quē elegi. Deinde ponit id qđ p̄mit ad futuram gloriam cum dicit. Et promissa. Promissiones enīm implete in veteri testamento per xp̄m iudeis preci⁹ pue facte vident. Unde dicit infra. 1.5. Dico ihesu christū ministrum fuisse circumcisionis ad confirmandas. t̄c. Fuerunt autem eis multe promissiones facte de bonis terrenis vi patet L̄ui. 26. et deut. 1.8. Sed y illa temporalia bona sp̄ualia figurant. Tertio aut̄ describit dignitate iudeorum ex origine cum dicit. Quorum patres: qz sc̄z fm carnem sunt progeniti ab illis patribus qui fuerunt marime deo accepti. deut. 4. Dilexi patres tuos et elegi semē eorum. Osee. 9. Quasi prima poma fūculne eius vidi patres eorum. Quarto ostendit dignitatē eorum ex prole cū dicit. Ex quibus et christus est genitus fm carnem. sicut ipse dicit. Jo. 4. Salus ex iudeis est. Et ne hoc parum videat ostendit christi dignitatez dicens: Qui est super omnia deus benedictus in secula. amen. 1. Jo. vltimo. Hic ē verus deus et vita eterna. In quibus verbis quatuor hereses destruunt. Primo quidez manichei q̄ dicebat christum habuisse corpus fantastū et non verum p̄ hoc qđ dicit fm carnem. Haber enim veram carnes fm illud Luc. vltimo. Spiritus carnes et ossa non habet: sicut me video habere. Secundo heresis Valentini qui dixit xp̄m nō de massa humani generis sc̄z de celo corpus attulisse. Qd̄ quidez excludit in hoc q̄ dicit christum ex iudeis fm carnem esse fm illud Matth. 1. Liber generationis iesu xp̄i filii dauid. Tertio heresis Nestori⁹ qui posuit alium esse filium hominis aliuz dei. contra quē apostolus hic dicit. q̄ ille est ex patribus fm carnem qui est deus sup̄ omnia. Quarto excludit heresis Arij⁹ qui dicebat christum esse mitozē patre et q̄ est creatus ex nihilo. Contra quoniam pri⁹ dicit et est sup̄ omnia. Contra sc̄dm q̄ est benedict⁹ per omnia secula. Hoc em̄ de solo deo dicendū est q̄ eius bonitas duret in secula.

### Lectio secunda:

On autem q̄ exciderit verbum dei:  
n Non enim os̄ies q̄ ex circumcisione sunt israel: hi sunt israelite: neq̄ qui semē sunt abrae omnes filij. Sed in ysaac vobisabitur tibi semen id est non qui filij carnis: hi filij dei. sed qui filij sunt p̄missionis estimantur in semen. P̄missionis enīm verbum hoc est. Sc̄dm hoc tēp⁹ veniā. et eritis s̄are filij. Non solum autem illa sed et rebecca ex uno concubitu habens isaac patris nostri. Cum enim nondum nati fuissent aut aliquid boni egissent aut mali ut fm electionem proposi⁹ tum dei maneret; non ex operibus sed ex yo-

cante dictum est ei quia maior seruiet minor: sicut scriptū est Jacob dilexi: Esau autē odio habui.

Postē apostolus posuit dignitatem iudeorū. nunc ostendit q̄ ista dignitas non pertinet ad eos qui carnaliter processerunt ab antiquis patribus. sed ad spirituale semē qđ est a deo electum. Et primo ostendit q̄ bususmodi dignitas pueniat ex electione diuina. Secundo ostendit q̄ hec electio communiter pertinet ad iudeos et ad gentiles ibi. Quos etiam vocavit non solum t̄c. Circa primū duo facit. primo ostendit quomodo ex electione diuina homines spiritualē dignitatē consequuntur. Secundo mouet questionem de iustitia diuine electionis ibi. Quid ergo dicem⁹? Circa primū duo facit. primo p̄ponit quod intendit. secūdo ostendit p̄positum ibi. Sed in isaac t̄c. Circa primū duo facit. primo ponit firmatatem diuine electionis. secūdo ostendit in quibus impleat ibi. Non enim omnes t̄c. Dicit ergo primo. Ita dicit⁹ est q̄ eorum sunt p̄missa et adoptio filiorū et gloria p̄ quorum casu est mihi magna tristitia et continuus dolor. Non aut̄ ē hoc sic intelligendū q̄ verbum dei exciderit id est frustrat⁹ sit quia et si nō habet locum in quibusdā qui exciderit haberet locū in alijs. Ysa. 55. Veribus qđ egreditur ex ore meo non reuertetur ad me vacuum t̄c. ps. In eternum domine permanet verbum tuum. Deinde cum dicit. Non em̄ t̄c. ostendit quomodo et in quibus verbum dei exciderit. Circa qđ considerandum est q̄ iudei de duobus precipue gloriantur. videlicet de abraam qui primo accepit pactum circumcisionis a deo ut dicit gen. 17. Et de Jacob sive israel cui⁹ tota posteritas in populo dei conumerabat. Non aut̄ ita fuit de Ysaac: Nam posteritas filij eius esau ad populu dei non pertinet. Unde aplius ostendit p̄positū. Primo quidē p̄ comparisonē ad iacob dicens. Non em̄ omnes q̄ sunt ex israel id ē ex iacob fm carnē. progeniti hi sunt vere israelites: ad q̄s pertinet dei p̄missa. sed illi q̄ sunt recti et videntes deus p̄ fidem Ysa. 4.4. Rectissime quē elegi. Unde et dñs dicit Mariana Eli. 1. Ecce verus israelita in quo dolus non est. Hoc aut̄ nōm̄ israel impositū fuit iacob ab angelo ut pater gen. 32. Secundo ostendit idem ppter cōparationē ad abraam dicens. Meq̄ os̄ies q̄ sunt carnale semen abrae sunt sp̄iales filii quib⁹ deus benedictionē reprobavit: sc̄z solum illi q̄ eius fidē et opera imitan̄t Jo. 8. Si filii abrae estis opa abrae facite. Dein cū dicit. S̄ in isaac t̄c. manifestat p̄positū et p̄mo quantū ad abraaz. sc̄do q̄tū ad iacob ibi. Nō solū aut̄ illa t̄c. Circa primū tria facit. p̄mo p̄ponit auctoritatē scripture dicēs. S̄ in isaac vocabilis sit tibi semen. Hoc dñs dicit abrae ut habeat gen. 21. vbi agebat de expulsione ysmaelis. Quasi dicat. Non oēs q̄ nati sunt carnaliter ab abrae primit ad illud semē cui faceta ē re p̄missio fm illud Gal. 3. Abrae dicte sunt reprobationes et semini eius. sed illi q̄ sunt filii isaac. Deinde cū dicit. Id ē nō q̄ filii t̄c. Exponit auctoritatē inducatur fm q̄ facit ad p̄positū. Ad cuius evidentiā accipitēdū est qđ aplius dicit Gal. 4. Abrae duos filios habuit: unū de ancilla et aliū d̄ libera. sc̄z q̄tē ancilla sc̄z ysmael fm carnē natus est qz sc̄z fm legē et cōsuetudinē carnis ex iuuençula nat⁹ est: q̄ aut̄ ex libera sc̄z isaac p̄ reprobationē et nō fm carnē. i. nō fm carnis legē et cōsuetudinē q̄r̄ nat⁹ est ex teste illi et vetula ut habat gen. 18. Quāuis sit nat⁹ fm carnē. i. fm substatiā carnis quā accepit a parentib⁹. Et q̄ apostolus hic accipit q̄ illi nō adoptant̄ in filios dei q̄ sunt filii carnis. i. ex hoc ipso q̄ fm carnē. progeniti sunt ab abrae sc̄z illi estimat̄ in semine qbus facta est reprobatio q̄ sunt filii p̄missionis. i. illi q̄ ex grā p̄missionis diuine facti sunt filii abrae: fm imitationem fidei: fm illud Matth. 3. Potest

# Ad Romanos

est deus de lapidib⁹ his suscitare filios abrae. Scut etiā  
ȳsmael fū carnē natus: non est computatus in seminē;  
sed isaac per reprobationem natus. Tertio ibi. Depro-  
missionis enim tē. probat conuenientem fuisse suam ex-  
positionem qua per isaac significari dixit eos qui sunt filii  
promissionis quia scilicet isaac per promissionem natus  
est. Unde dicit. Promissionis enim. hoc verbū est quod  
angelus immo dominus in angelo dixit ad abraaz̄. Gen.  
18. Et in hoc tempus veniam quo significatur tempus  
gratiae. Sal. 4. Cum venit plenitudo temporis misericordiā  
fūi. Et erit sicut filius. s. p gratia reprobationis. Unde  
et Sal. 4. dicit. Ut adoptione filiorū recipere m̄. Deinde  
cū dicit. Hō solū aut illa tē. manifestat ppositū q̄tū  
ad iacob. Et hō ponit qd̄ intēdit. sed manifestat ppos-  
titū ibi. Et em nondū nati tē. Dicit ergo primo. Non so-  
lum illa. s. sara habuit filiū de quo facta est pmissio. sed et  
rebecca habens in utero duos filios quorū vnuus pertinebat  
ad pmissionē alius ad carnē solum: et hoc ex uno concus-  
bitu ȳsaac patris nostri. Dicit em gen. 25. q̄ ȳsaac roga-  
uit p voto sua eo q̄ sterilis esset et dedit dñs conceptū re-  
becca et collidebant in ventre eius parvuli. Et est notan-  
dum q̄ hoc aplū inducit contra iudeos qui reputabant  
se dei gratiā adepturos. ppter merita pīm̄ contra q̄s dicit  
de viris iustis Ezech. 14. Q̄ filium et filiam non libera-  
bunt sed ipsi in iustitia sua liberabunt. Unde et Jobānes  
iudeis dicebat. Matth. 3. Ne cuperitis dicere patrem ha-  
bemus abraam tē. Contra horum opinionēz ergo primo  
inducerat q̄ de filiis abrae vnuus erat electus et aliis re-  
probatus. Posset autē hoc ascribere vel diuersitatē ma-  
trūz quia ȳsmael natus est de ancillā et isaac de libera: vel  
diuersitatē meritorum patris quia ȳsmaelem genuit incir-  
cumcisus. isaac autem circumcisus. At iūḡ omne subter-  
fugium excludat inducit exempla vbi vnuus eligit et aliis  
reprobatis eorum qui non solum ab uno patre sed etiam ab  
vna matre sunt geniti et eodem tempore immo ex uno co-  
cubitu. Deinde cum dicit. Cum nondū tē. ostendit  
propositum et pīmo p auctoritatem Gen. 2. Id est auctori-  
tatem prop̄be. ibi. Sicut scriptū est tē. Circa pīm̄ tria  
facit. Primo designat tempus pmissionis et dicit q̄ p re-  
pmissionem est vnuus filiorum rebecca alijs platus cum nō  
dū nati fuissent. Et sicut per superiora excludit opinio-  
nem iudeorum de meritis patris confidentium. ita etiam  
per hoc excludit errorem manicheorum qui diuersitatem  
eorum que hominibus accidunt natuitati ascribunt. ve  
lez vniuersitatis vita et mores disponit fūi constellationes  
sub qua natus est. contra quod dicitur Jere. 10. A signis  
celi nolite meruere que gentes timent. Subdit autē. Aut  
aliquid egissent boni aut mali vbi excludit error pelagia-  
norū qui dicunt fūi merita precedentia gratiam dari: cu-  
tamen scriptū sit Tū. 3. Non ex operibus iusticie que  
fecimus nos sed scdm̄ suaz misericordiā nos saluos fecit.  
Atrumq; autem horum ostendit falsum: per hoc q̄ ante  
natuitatē et ante opera vnuus filiorum rebecca alteri est  
platus. Excluditur p hoc etiā error origensis q̄ posuit alia  
hominū simul cum angelis esse creatas et q̄ p meritis eo-  
rum que ibi egerunt bene vel male diuersitatem vite sor-  
tituntur. fūi quē non posset esse verum quod hic dicit cuz  
nondū aliquid mali vel boni egissent. Contra hoc autē  
est quod dicit Job. 38. Abi eras cum me laudarent astra  
matutina et iubilarent osiles filii dei: posset enim scdm̄  
Origenis errorem respondere. Erant inter ipsos dei fili-  
os iubilantes. Secundo ostendit quid accipi posset ex ipsa  
promissione quia vnuus geminorum in utero existentium  
alteri est prelatus dicens. Et propositum dei sc̄ volentis  
vnuum pē alio magnificare: in maneret id est firmum esset et  
hoc non fūi merita sed fūi electionem. id est inquantum

ipse deus spontanea voluntate vnum alteri preelegit. nō  
quia sanctus erat sed vt sanctus esset. scdm̄ illud Ep̄b. 1.  
Elegit nos in ipso ante mundi constitutionēz vt essemus  
sancti. Hoc autem est ppositū predestinationis de quo  
ibidem dicitur q̄ predestinati scdm̄ ppositū voluntatis  
eius. Tertio ponit promissionē dicens. Non ex operibus  
que nulla pcesserunt vt dictum est: sed ex vocante id est  
ex ipsa gratia vocantis de quo supra dictū est. Quos pre-  
destinavit hos et vocauit. dictū est et sc̄ illicet rebecca: quia  
maiōr sc̄ esau seruaret minori sc̄ iacob. Quid quidem tri-  
pliciter pōt intelligi. Uno mō scdm̄ eoruſ personas. et sic  
intelligit esau seruisse iacob. non direcō sed occasio-  
nāliter in quantum persecutio quam ei intrulit in eius bonū  
cessit fūi illud prouer. II. Qui stultus est seruari sapienti  
Secundo potest referri ad populos ex vitroz progenitos  
quia idūmei aliquando fuerūt subiecti israelitū fūi illud  
pō. In idūmeam extendā calciamentū meum. Et hoc vi-  
detur competere his que premittuntur in gen. Deemis-  
tuntur enim duo populi ex ventre tuo dum populus po-  
pulū superabit et maiōr minori seruaret. Tertio potest in-  
telligi figuratē dictum vt per maiōrem intelligat popu-  
lus iudeozum qui primo adoptionem filiationis accepit.  
scdm̄ illud Exo. 4. Primogenitus meus israel. Per mi-  
norem autē figuratur populus gentilium qui posterius  
est ad fidem vocatus. qui etiam figuratur per filium pro-  
digum Luc. 15. Maiōr ergo populus seruaret minori in  
quantum iudei sunt nostri capsarij custodiētes libros ex  
quibus nostrae fidei testimoniū perhibetur Job. 5. Scrut-  
tamini scripturas. Deinde cum dicit. Sicut scriptū  
est tē. probat ppositum ex auctoritate prophete dicens:  
Sicut scriptū est sc̄ primo Malach. prophete ex perso-  
na dei dicentis. Jacob dilexit: esau autem odio habui. Di-  
cit autē hic quedā glo. q̄ id qd̄ supra dictū est maiōr fuit  
mōtor: dērī ē fūi p̄scientiā. qd̄ autē hic dicit ē intelligēdū  
scdm̄ iudicium. quia sc̄ deus propter bona opera dilexit  
iacob sicut et omnes sanctos diligēt. prouer. 8. Ego diligē-  
tes me diligēt. Esau vero odio habui propter peccata sicut  
scriptū est Ecc. 12. Ultissimum odio peccatores haberet.  
Sed q̄ dilectio hominis p̄menitur a dilectione dei scdm̄  
illud infra. 10. Non quasi nos dilexerimus deum: sed  
quoniam ipse prior dilexit nos: oportet dicere q̄ ante ja-  
cob dilectus sit a deo q̄ ipse deus dilexerit. Nec potest di-  
ci. q̄ deus ex tempore eum diligere incepit: Alioquin  
eius affectus esset mutabilis. Et ideo oportet dicere q̄  
deus ab eterno iacob dilexit et dicit Jere. 31. In charita-  
te ppetuadixerit te. Est autē in his verbis aplū considerandū  
q̄ tria ponit in deo pertinentia ad sanctos. videlicet elec-  
tionem per quam intelligitur predestinatione et electio dei  
que quidem realiter sunt idem in deo sed differunt ratio-  
ne. Nam ipsa dei dilectio dicitur scdm̄ q̄ vult bonum ali-  
cui absolute. Electio autē dicitur scdm̄ q̄ per bonum qd̄  
alicui vult euz alteri prefert. predestinatione autē est scdm̄ q̄  
hominē dirigit in id bonum quod ei vult: diligendo et eli-  
gendo. et ideo scdm̄ rationē predestinatione sequitur dilec-  
tionem sicut et voluntas de fine naturaliter precedit di-  
rectionem aliquorum in finem. Electio autem et dilectio  
aliter ordinantur in deo et in homine. In homine enim  
electio precedit dilectionem. voluntas enim hominis mo-  
uetur ad amandum ex bono quod in re amata considerat  
ratione cuius ipsam preelegit alteri et pselecte suū amo-  
rem impedit. Sed voluntas dei est causa omnis bonitatis  
quod est in creatura. et ideo bonū per quod una creatura  
prefertur alteri per modum electionis consequitur voluntas  
dei que est de bono illius que pertinet ad rationē  
dilectionis. Unde non p̄cepter aliquod bonum quod in  
homine eligat deus eum diligēt. sed potius eoz ipsum p̄

igit prefert eum alijs eligendo. Sicut autem dilectio de qua hic loquitur pertinet ad eternam dei predestinationem ita etiam odium de quo hic loquitur pertinet ad reprobationem quia deus reprehendit peccatores. Nec est dicendum quod ista reprehensione sit temporalis, quianihil temporale est in voluntate divina sed est ab eterno, que quidem quantum ad aliqd conuenit cum dilectione vel predestinatione. Quod autem ad aliqd differt Convenit quidem quantum ad hoc quod sicut predestinationem est preceptio glorie ita reprehensione est preceptio pene. *Esa. 3.* Separata est ab heretophaet a rege preparata. Differt autem quantum ad hoc quod predestinationem importat preceptio nem meritorum quibus gaudetur ad gloriam, sed reprehensionem importat preceptionem peccatorum quibus gaudetur ad penam. Et ideo prescientia meritorum non potest esse aliqua ratio predestinationis, quod merita presesta cadunt sub predestinatione, sed prescientia peccatorum potest esse aliqua ratio reprehensionis ex parte pene que preparatur reprobatio iniquitatum scilicet deus ponit se punitur malos propter peccata que a seipso habent non a deo. Justos autem ponit se premiaturum propter merita que a seipso non habent. *Osee. 13.* Perditio tua israel, tantum ex me auxilium tuum.

### Lectio tertia.

**T**id ergo dicemus? *Munquid iniq*  
q *tas apud deum?* Absit. Ab oysi enim dicit. Miserebor cui misertus sum et misericordiam prestabo cui miserebor. *I*gitur non volentis neque currentis; sed miseritis est dei. Dicit enim scriptura pharaoni: *Quia in hoc ipsum excitaui te ut ostendam in te virtutem meam, et ut annuncietur nomen meum in yniuersa terra.* Ergo cuius vult miseretur et quem vult inducat.

Postquam premissi aplius quod secundum dei electionem unius alterius preferuntur non ex operibus sed ex gratia vocantis: hic inquit de iusticia huius electionis. Et primo ponit dubitationem. secundo solvit ibi. Absit. Moysi tecum. tertio obicit contra solutionem ibi. Dicit itaque mihi quid ad hec tecum. Dicit ergo primo. *V*ictus es quod deus sine merito precedente unum eligit et alterum reprehendit. Quid ergo dicemus? *M*unquid per hoc probari potest quod sit iniquitas apud deum, videtur et sic. Pertinet enim ad iusticiam in distributione tribus ut equaliter equalibus distribuantur. homines autem remota differentia meritorum sunt euales. Si ergo absque consideratione meritorum deus inegaliter distribuit unum eligens et alium reprehens, videlicet quod sit in eo iniquitas quod est contra illud quod dicitur deus. *Deut. 32.* Deus fidelis et absque ulla iniquitate. *P*ropterea es domine et regnum iudicium tuum. Est autem sciendum quod origines banc obiectio nem soluere volens incidit in errore. Non enim in suo piarchon deum ab initio soluz creaturas spirituales fecisse, et omnes euales ne ex eorum inqualitate posset secundum rationem predictam iniquitas deo ascribi. sed postea creaturarum diversitas subsecuta est ex diversitate meritorum. *M*ulta illarum creaturarum spirituum quedam per amorem conuertere sunt ad deum plus vel minus et secundum hoc distincti sunt ordines angelorum, quedam vero aures sunt a deo plus vel minus et secundum hoc alligate sunt corporibus vel nobilibus vel ignobilibus, quedam quidem celestibus corporibus, quod autem corporibus demonum, quedam autem corporibus hominum, et secundum hoc ratio condendi et distinguendi creaturas corporales est peccatum spiritus creature quod est co-

tra id quod genus. *D*icitur Tidit deus cuncta que fecerat et erant valde bona, per quod datur intelligi quod causa predicationis corporales est bonitas ut dicit augustinus. *ix.* de ciuitate dei. Et ideo hac opinione rejecta, videndum est quod liter apostoli dubitationem soluat cum dicit. Absit Moysi enim dicit tecum. Et circa hoc duo facit, primo solvit oblectionem predictam quantum ad dilectionem sanctorum secundo quantum ad odium seu reprobationem malorum ibi. Dicit enim scriptura tecum. Circa primum duo facit, primo ponit auctoritatem scripturarum quae credit solutio, secundo ex ea conclusionem inducit ibi. Igitur non volentis tecum. Inducit autem auctoritatem que habetur ex *Exo. 33.* ubi dixit dominus moysi secundum litteram nostram. Miserebor cui voluerem et clemens ero in quod mihi placuerem, sed aplius inducit eam secundum litteram *Ilx.* dicens. Moysi enim dixit dominus. Miserebor cui misereor et misericordiam prestabo cui miserebor, ubi secundum superficiem littere ola bona nostra dei misericordie ascribuntur secundum illud *Esa. 63.* Misericordia domini recordabor: laudem domini super oibus que reddidit nobis. Et *Tren. 3.* Misericordia domini quod non sumus consumpti, multe enim sunt miserationes eius. Exponit autem hec auctoritas in globo, duplicitate, et secundum hoc ex auctoritate hac duplicitate solvit questionem et obiectum. Uno modo sic. Miserebor cui misereor id est illi qui est dignus misericordia, et ad maiorem expressionem iterat dicens. Misericordiam prestabo cui misereor, id est cui dignum iudico misereri, sicut et in *psalm.* dicitur. Misertus est dominus timentibus se. Et secundum hoc licet misericorditer sua impedit tam ab iniustitia excusat, quia dat quibus datum est et quia non dat cui datum non est secundum rectitudinem sui iudicij. Sed misereri cui dignum est potest intelligi duplicitate. Uno modo ut intelligatur aliquis dignus misericordia, propter opera preexistentia in hac vita licet non in alia vi posuit origenes quod pertinet ad heresim pelagianorum qui posuerunt gratiam dei hominibus secundum merita dari. Sed hoc stare non potest quia sicut supra dictum est ipsa etiam bona merita sunt homini a deo et sunt predestinationis effectus. Alio modo potest intelligi ut aliquis dicatur dignus misericordia, non propter aliqua merita precedentia gratiam sed propter merita subsequentiaputa ut dicamus quod deus dat alicui gratiam et propositum eam ab eterno illi se daturum quem prescinxit ea bene fore visurum. Et secundum hoc intelligit globo, quod misereatur cui misereundus est. Unde dicitur. Miserebor cui misertus ero id est illi miserebor vocando: et gratiam apponendo cui preciosus ero quod misericordiam daturus essem sciens illum conuentum et apud me permanens. Sed vide nec hoc convenienter dici possit. Manifestum est enim quod nihil potest poniri ut ratio predestinationis quod est predestinationis effectus etiam si accipiatur per ut in deo prescientiam, quod ratio predestinationis per intelligitur predestinationis effectus autem in ipsa includitur. Manifestum est autem quod omne dei beneficium quod homini conferit ad salutem est divinitatis predestinationis effectus, divinum autem beneficium non solum extendit se ad infusionem gratiae qua homo iustificatur sed etiam ad gratiam visum sicut etiam in rebus naturalibus non solum causat ipsas formas in rebus sed etiam ipsos motus et operationes formarum eo quod deus est principium omnis motus cuius operatione cessante animo ex formis nullus motus vel operatio sequitur. Sicut autem se habet habitus gratiae vel virtutis in anima ad visum ipsum: sic se habet forma naturalis ad suam operationem. Et ideo dicitur *Esa. 26.* Propterea opera nostra operatus es in nobis domine. Probat autem hoc speciali ratione arrestationes de operibus voluntatis humanae. Cum enim homo habeat potestiam ad opposita, puta ad sedendum vel non sedendum oportet quod reducat in actu quod aliqd aliud. Beducit autem

# Ad Romanos

In actu alterius horum per consilium ex quo unum oppositorum  
preferuntur alteri. Sed cum iterum homo habet potestim coiliadi vel  
non filialandi oportebat eum aliud per quod reducatur in actum filij.  
Et cum in hoc non sit pcedere in infinitum oportet esse alii  
quod principium extrinsecum superius hominem quod ipsum mo-  
ueat ad consilium datur. et hoc non est aliud deus. Sic  
igitur ipse unus gratiae est a deo nec propter hoc superfluit ha-  
bitus gratiae sicut nec superfluit forme naturales quae deus  
in omnibus ogetur quia sicut dicit. Sap. 8. Ipse disponit  
omnia suaviter. quod scilicet per suas formas omnia inveniuntur quasi  
sponte in id ad quod ordinantur a deo. Sic igitur non potest  
esse quod merita consequentia gratiam sunt ratio misericordie aut  
predestinandi. sed sola dei voluntas secundum quam misericordia  
cooperatur aliquis liberat. Manifestum est enim quod iustitia dis-  
tributiva locum habet in his que dantur ex debito. puta si aliqui meruerint mercedem ut plus laborantibus ma-  
ior merces donetur. non autem habet locum in his quod sponte  
et misericorditer aliquis dat. puta si aliqui duos pauperes  
in via inueniens et det unum quod potest vel disponit in eli-  
mosynam dare: non est iniquus sed misericors. Similiter si  
aliquis duobus eis quod ipsum offenditibus unum dimittat of-  
fensam et non alterum: est misericors unum et iustus ad alterum  
neutrui vero iniquus. Cum enim omnes hostes propter peccata  
tum parentis damnationi nascantur obnoxios quos dei per  
suam gratiam liberat. sola misericordia liberat et sic quis  
busdam est misericors quos liberat. quibusdam autem iustus  
quos non liberat. neutrui autem iniquus. Et ideo apostolus que-  
stione solvit per auctoritatem quod omnia diuina misericordie aciri  
bit. Sciendum est ramum quod dei misericordia secundum tria atten-  
ditur. primo quod est secundum predestinationem qua ab eterno  
propositus aliquis liberare. ps. Misericordia eius ab eterno  
et in eternum. Secundum vocacionem et iustificationem  
quibus homines salvati ex tempore. Tertium secundum suam mi-  
sericordiam salvos nos fecit. Tertio magnificando per glo-  
riam quando liberat ab omni miseria. ps. Qui coronate te  
in misericordia et miserationib. Et ideo misericordia scilicet vo-  
cando et iustificando cui misereor predestinatus et misericor-  
diam prestabo: finaliter glorificando eum cui misericordia voca-  
do et iustificando. Et hic sensus magis concordat cum no-  
stra lumen que dicitur Misereor cui voluero et clemens ero cui  
mibi placet. Abi manifeste non meritis sed soli diuine vo-  
luntati ascribitur diuina misericordia. Deinde cum dicitur.  
Igitur non volentis et ceterum concludit propositum ex pre-  
missa auctoritate. Et potest hec conclusio multipliciter intel-  
ligi. Uno modo sic. Igitur ipsa salus hominis non est volentis  
neque currentis id est non debetur aliqui per aliquam eius vo-  
luntatem vel exteriorum operationem: que dicitur curvus  
est illud. 1. cor. 9. Sic currite ut comprehendantis. Sed est  
misericordia dei. i. procedit ex sola dei misericordia. ut maxime  
sequitur ex auctoritate inducta. deuter. 9. Ne dicas in cor-  
de tuo. propter iustitiam meam introduxit me dominus ut ter-  
ram hanc possiderem. Potest autem et aliter intelligi ut sit  
sensus. Omnia procedunt ex dei misericordia. Igitur non  
est volentis scilicet velle neque currentis scilicet currere. sed vtrum  
que est misericordia dei. secundum illud. 1. cor. 15. Non autem ego  
sed gratia dei mecum. Et Jo. 15. Sine me nihil potestis fa-  
cere. Sed si hoc solum in hoc verbo intellexisset apostolus eni-  
tias gratiae sine libero arbitrio hominis non velit neque currat. po-  
tuisse econverso dicere. non est misericordia dei sed volentis  
et currentis quod aures pie non ferunt. Unde plausibiliter  
est ex his verbis intelligendis. ut scilicet principali gratiae  
dei attribuatur. Semper enim actio magis attribuitur prin-  
cipali agenti quam scilicet. puta si dicamus quod securis non facit  
arcam sed artifex per securim. voluntas autem hominis moue-  
tur a deo ad bonum. Unde supra. 8. dictum est. Qui spacio  
dei aguntur hi sunt filii dei. Et ideo hominis operatio

interior non est homini principali sed deo attribuenda.  
phil. 2. Deus est qui operatur in vobis velle et perficeret  
per bona voluntate. Sed si non est voluntis velle neque curre-  
tis curreret sed dei mouentis ad hoc hominem. videtur  
quod homo non sit dominus sui actus quod pertinet ad libertatem arbitriae.  
Et ideo dicendum est quod deus omnia mouet sed diversi  
modi in quantum scilicet univocatus mouetur ab eo secundum modum  
nature sue. Et sic homo mouetur a deo ad volendum et cur-  
rendum per modum libere voluntatis. Sic ergo velle et cur-  
rere est hominis vi libere. non autem est hominis vi principaliter mo-  
uentis sed dei. Deinde cum dicitur. Dicit enim scriptura et  
soluit questionem premissam quantum ad reprobationem ma-  
losum. Et primo inducit auctoritatem. Secundo infert conclusionem  
ibidem. Ergo cui vult misericordia et ceterum. Dicit ergo Iacob ostendit  
quod non est iniunctio apud deum quantum ad hoc quod ab  
eterno reprobavit malos. Dicit enim scriptura ex ore dei. exo.  
9. Quia in hoc ipsum excitavit te vel seruavit secundum aliam rationem  
ut ostendam in te virtutem meam ut annuncietur nomine me-  
um in vniuersa terra. Miseria autem ira sic habet. Et idcirco  
posuit te ut ostendam in te fortitudinem meam ut enarraret  
nomine meum in omni terra. ubi primo considerandum est  
quid deus circa reprobationem faciat. quod ostendit dicens. In hoc  
ipsum suauiter te id est dignus eras mori propter mala quod feci-  
ceras. secundum. Qui talia agunt digni sunt morte. Sed  
tamen non statim tibi morte induxi. sed seruauit te in vita  
eo fine quo sequitur. ut scilicet ostendam et ceterum. Et in hoc etiam  
sensu potest legi quod dicitur. Excitauit te id est cum apud me  
per misericordiam mortuus es. concessi tibi vitam quasi te ex-  
citarem. In quo apparet quod deus iniunctio reprobationis non fas-  
cit cum ipsis ex suis meritis essent digni statim colum. scilicet  
hoc ipsum quod eos seruat in vita. procedit ex nimia sua bonitate.  
Tercio. 10. Corripe me domine: veritatem in iudicio. et non  
in furore tuo. ne forte ad nibilum redigas me. Alio modo  
potest intelligi. excitauit te in peccatum ut deteriorias.  
Quod quidem non est intelligendum hoc modo quod deus in  
homine causeret malitiam. sed est intelligendum quod misericordia  
quia scilicet ex iusto suo iudicio permittit aliquos ruere in peccatum  
propter precedentes iniquitates. sicut supra primo  
dictum est. Tradidit eos deus in reprobationem. Sed  
aliquid amplius videtur mibi in hoc esse intelligendum  
quia videlicet instinctu quoddam interiori mouetur homines  
a deo ad bonum et ad malum. Unde augustinus dicit in libro de  
gratia et libero arbitrio quod deus operatur in cordibus hominum  
ad inclinandas eorum voluntates quoque voluerit. sive  
ad bona per sua misericordia: sive ad mala per meritos eorum.  
Unde et deinde dicitur septuaginta suscitare aliquos ad bonum secundum illud daniel. 12. Suscitauit deus spiritum pueri iuniorum. Dis-  
citur etiam suscitare aliquos ad malum faciendum. secundum illud  
Esa. 13. Suscitabo medos qui sagittis gulosos interficiant  
aliter tamen ad bona. aliter ad mala. Nam ad bona incli-  
nat hominem voluntates directe et per se: etiamque actor bonorum. ad  
malum autem dicitur inclinare vel suscitare hominem occasio-  
naliter. in quantum scilicet deus homini aliquod proponit vel interius  
vel exteriorius quod tu est de se inductum ad bonum scilicet ho-  
mum propter suam malitiam queritur utrum ad malum. supra secundum.  
Ignoras quoniam benignitas dei ad penitentiam te adducit sed  
autem duriciam tuam et cor impenitentis thesaurizas tibi iram  
in die ire. Et iob. 24. Dedit ei deus locum penitentie  
et ille abutitur eo in superbia. Et similiter deus quantum  
est de se interius instigat hominem ad bonum puta regem  
ad defendendum iura regni sui vel ad puniendo rebellerum.  
Sed hoc instinctu bono malus homo abutitur secundum malitiam  
cordis sui. Et hoc patet. Esa. 10. ubi dicitur de asturis  
ad gentes fallacem mittam eum contra populum furoris metu  
mandabo illi ut auferat spolia et ceterum. Et post. Igitur autem non  
sic arbitrabis et cor eius non ita estimabit. sed ad ceterum

dum erit cor eius. Et hoc modo circa pharaonem accidit qui cum a deo excitaretur ad regni sui tuerelam abusus est hac excitatione in crudelitatem. ¶ 2º oportet considerare quo sine deus ista partim faciat et primi permittat. Est enim considerandū quod deus operatur in creaturis ad suam manifestationē scđm illud supra primo. Invisibilia dei per ea que facta sunt in electa cōspicuum. Unde et huiusmodi excitatio in hoc ipsum ordinatur et quantum ad p̄ntes ut ostendat in te virtutē meā. exo. 14. Evidenter filii israel magnū quā exercuerat dñs cōtra egyptios. Et q̄tuꝝ ad absentes ut annuncietur nomen meū in virtuosa terra. ps. Annūciate inter gentes gloriaz eius. Sic igitur patr̄ quod quantuꝝ ad hoc non est iniqtas apud deuz quod vult creature sua scđm eius merita ad gloriam suā. Et in hoc eodem sensu potest exponi si dicatur. Posuit id est ordinavit malitiam tuam ad gloriam meam. deus enim malitiam ordinat sed non causat. ¶ Deinde cuꝝ dicit Ergo cui vult miseretur tē. Infert conclusionem quādam ex vtracutoritate supra inducta. Nam ex eo quod victum est miserere cui misereor concludit. Ergo cui vult miseretur. ps. Virtus est dñs timētibus se. Ex eo vero quod dictū ē. In hoc ipsum excitaui te concludit. Et quē vult indurat. Esa. 63. Indurasti cor nostrum ne timeremus te. Ecc. 33. Ex ipsis benedixit et exaltauit. et ex ipsis maledixit et humiliavit. Et qđem. qđ dicitur de dei misericordia dubitazioni non habet. suppositis his que premisi sunt. Sed circa indurationē videtur esse duplex dubitatio. Primo quod enim quod duritia cordis ad culpam peinere videretur. scđm illud Ecc. 3º Cor. duruꝝ male habebit in nouissimo. Si ergo deus indurat. sequitur quod sit actor culpe. Cōtra quod dicuntur. Ia. 1º Deus temptator malorum ē. Id quod dicendum quod deus non dicitur indurare aliquos directe quasi in eis causet malitiam. sed indirecte. inquantuꝝ sc̄z ex his quod facit in homine intus vel extra homo sumit occasionem peccati. et hoc ipse deus permittit. Unde non dicitur indurare sed immittendo malitiam sed non apponendo gratias. Secunda dubitatio est quia ipsa obduratio non videtur diuine voluntati posse ascribi cū scriptum sit. 1. Thes. 4. Nec est voluntas dei sanctificatio vestra. Et. 1. ibi. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri. Id quod dicendum est: quod tam misericordia et iusticia dispositionem voluntatis importat. Unde sicut misericordia tribuitur diuine voluntati: ita et id quod est iusticie. Sic ergo intelligendū est cui vult miseretur: sci licet per suam misericordiam et quod vult indurat per suā iusticiam. quod illi quos indurat hoc merentur ut indurent ab ipso. ut supra primo capitulo dictum est.

#### Lectio quarta.

**D**icit itaq; mibi. Quid adhuc queritur. Voluntati enim eius quis resistit? O homo tu quis es: qui respō deas deo. Numquid dicit figuratum ei qui se finxit quid me fecisti sic? An nō habet potestatem figurulus lutu ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem. aliud vero in contumeliam. ¶ si deus volens ostendere iram et notam facere potentiam suam: sustinuit in multa patientia vasa ire apta in interituꝝ ut ostenderet dinitias glorie sue in vasā misericordie quod preparauit in gloriam. Posita solutione premisse questionis: hic apostolus contra ipsas solutionē obicit et precipue contra ultimā conclusionem qua dictum est. Cuius vult miserebitur: et quem

vult indurat. primo ergo ponit oblectionem. scđo solutio nem ibi. O homo tu quis es tē. Dicit ergo primo. dicitur est quod deus cuius vult miseretur et quē vult indurat. ¶ dicit itaq; mibi. Quid adhuc queritur id est quid oportet. ulterius querere de causa bonorum et malorum quod hic agitur. cum omnia voluntati diuine attribuantur quod est causa sufficiēt. eo quod nullus potest ei resistere. Unde sequitur. Voluntati eius quis resistit? Ecc. 1. Proposui in animo meo querere et inuestigare sapienter de oībus que sunt sub sole. Ut aliter. Quid adhuc queritur id est cōqueritur deus de holbus quādō peccat. sicut. Esa. 1º Filios enutriui et exaltauit. tē. Ideo autē videtur iusta querimonia non habere quia ex voluntate eius totū procedit. cui nullus potest resistere. Unde subdit. Voluntati eius quis resistit? Ut aliter. Quid adhuc queritur sc̄z ab homine ut faciat bonum vel malum. Mich. 6º Indicabo tibi oībūmo quid sit bonum et quid deus requirat a te tē. Frustra autem requirat ab aliquo quod nō est in eius potestate. Ita hī bil autem in hīs potestate esse videntur scđm predicta quibus omnia diuine voluntari videntur ascribi. cui resistit nō potest. Sequitur. Voluntati eius eius quis resistit? Quā si dicere nullus. Hester. 13º Non est quod tue possū resistere voluntati. Et hec videat esse intentio apli. ¶ Nihil tū dicit. O homo tu quis es tē. Unde tacere questioni. Ad cuius responsionis intellectum considerandum est: quod circa electionē bonorum et reprobationē malorum duplex questionē potest moueri. An a quicq; in generali quare deus velis quodam indurare et quoꝝ uadā miserebit. Aliavero in speciali quare velit huius miserebit et hunc vel illū indurare. Et potest quidem ratio huius questionis assignari. sed cōcide autē questionis non potest assignari ratio nisi simplex dei voluntas. cuius exemplū patet in rebus humanis. Si enim aliquis edificare volens haberei multos lapides si miles et eōles cōgregatos posset ratio assignari quare quodam ponat in summo et quodam in ymo ex parte finis. quod ad pfectiōnē domini quam farere intendit requiritur et si damentum quod habet lapides in ymo. et cacumen partis quod habet lapides in summo. Sed quare ponat hos lapides in summo et hos in ymo non habet aliquam rationem nisi quod artifex voluit. Primo igitur apli r̄fert dubitationē quādā ad questionēm scđam quare sc̄z quare huius hīs miserebit et illū indurabit. scđo quādā ad questionēm primā. quare sc̄z quodam miserebitur et quodam indurabit ibi. ¶ Qd si volēs deus tē. Circa prīmū tria facit. p̄tū aī gūt presumptionē quod ētis. scđo īducit auctoritatem que questionēm soluit ibi. Numquid dicit figuratum tē. tertio exponit auctoritatem ibi. An nō habet potestatem tē. Dicit ergo primo. O homo qui es fragilis et ignorans tu quis es responde deo unde sufficiā ad respondendum ei si voluerit tecū iudicio cōtendere. Job 9. Si voluerit cōtendere iudicio cum illo non poterit et responderē vnum. p. mille. Et sicut dicitur Job. 39. Qui arguit deus debet et r̄ndere. In quo datur intelligi quod homo non debet scrutari rationem diuinorum iudiciorū cum intentione apprehendētī eo quod excedant rationē humānā. Ecc. 3º Ultiora te ne quesieris. ¶ drouet. 25º Descriutor maiestatis opprimetur a gloria. ¶ Deinde cum dicit. Numquid dicit figuratum tē. īducit auctoritatem: que habetur Esa. 45. Numquid dicit lutu figulo suo. Quid facie et op̄ tuum sine manib⁹. Abi considerandum est quod si aliquid artifex ex materia vili faciat vas pulchrum et nobilis acutus acommodatū totū ascribit boītati artifci. puta si ex luto faciat scutellas et vrecoes ad nobilē mēsiā decētes. Si vero ex vili materia puta ex luto faciat vas acommodatū vilius vob⁹ puta coquē vī huiusmodi officiis nō posset vas conq̄ri si rationē habebit posset emi conq̄ri si ex materia p̄ciosa.

## Ad Romanos

piacet artificis opationi puta ex auro & lapidibus p̄ciosis faceret vas ad vilia officia deputatū. Hūana autē natura vilitatem habet ex sua materia qz vt dicitur gen. 2° fuit deus hominem de limo terre: i3 maloē vilitatem habet ex corruptiōe petrī qz p̄ vnū hominē in hinc mūdū intravit. Et ideo hō luto merito cōparatur. Job 30. Cōparat⁹ suz luto et assimilatus sum fauille et cineri. Unde quicquid boni habet homo debet bonitati diuine q̄si p̄tie figuli ascribere. Vsa. 6. 4. Hūc dñe pater noster es tu: nos vero lutum et factioz noster tu & opus manū tuarum oēs nos. Si vero deus hominem ad meliora p̄moneat sed in sua infirmitate eum dimittens depurat eum ad infinitū vsū nūl lam ei facit iniuriam vi possit iuste deo cōqueri. Deinde cū dicit. An non habet potestatem tē. Exponit apostolus verba pp̄bē. Quasi dicat. Hoc est dictu⁹ Figmentum id est vas factile non posset dicere factori quid me fecisti sic. quia figurulus liberaz potestatem habet ex materia luti opus facere qd̄cīs sibi placuerit. Unde dicit. An nō haber potestatem scz liberam figurulus luti qui scz opatur in vili materia: ex eadē massa scz vilis materie facere abfog allicuius iniuriam aliud quidem vas in honore id est in honoribiles vsus. aliud vero in contumeliam id est in vsus vi liores. 2. tbi. 2. In magna em̄ domo nō solum sunt vas aurea et argentea: sed etiam lignea et factilia. et quedam quidem in honore quedā autē in contumeliam. Et similiter deus liberam potestatem habet facere ex eadem corrumpita materia humani generis sicut ex quodam luto nulli faciendo iniuriam quosdam holes preparatos in gloriam: quosdam autē in miseria derelictos. Jere. 18. Sicut lutum in manu figuli. ita in manu mea vos dominus israel. Deinde cum dicit. Qz si volēs deus tē solvit primam questionem scz quare deus velit quibzā miseriari et qd̄dam in miseria derelinquere. sine quosdā eligere et qd̄dam reprobare. Circa qd̄ consideranduz est qz finis omnī dñi nostrum operū est manifestatio diuine bonitatis puer. 16. Uniuersa ppter semetipm opatus est dñs. Sān supra pmo dictum est qz inuisibilla ſc̄ dei qz ea que facta sunt intellecta cōspiciuntur. Tanta est autē diuine bonitatis excellētia et qz non potest vno modo nec in una creatura sufficien- ter manifestari. Et ideo diversas creaturas cōdidit in quibus diversissimo de manifestatur. P̄cipue autē in creaturis rationalibus in quibus eius iusticia manifestatur qnrum ad illos quos p eoī meritis punit. m̄ficordia vero in illis quos ex sua gratia liberat. Et ideo vt virtutis in holibus manifestaretur: quosdā m̄ficorditer liberauit sed non oēs. primo ergo ponit rationē reprobationis malorum. sedo ponit rationē electionis honorū ibi. Ut ostenderet diuinitas tē. Est autē virtutis triplex differētia atēdenda. prima qd̄em ſc̄m finem. ſc̄da fm̄ vsum. tertia ſc̄dū diu- num actum. Finis autem reprobationis vel obdurationis malorum est manifestatio diuine iusticie et virtutis. Et quantum ad hoc dicit. qz id ē sed si deus volens ostende re iram suam id est iusticiam vindicatinā. Non em̄ dicit ſra in deo ſc̄m affectus cōmōtione. sed ſecundū effectus vindice. ſupra primo Beuelatur ira dei tē. Addit autē Et notam facere potentiam suaqz. quia deus cōtra malos non solum vitē ira id est vindicta punitendo eos ſibi subiectos sed etiam ſua potentia subiectiendo ſibi. Tobit. 3° Secundum operationem qua potest etiam ſibi subiſcere omnia. exo. 14. Uiderūt egyp̄tios mortuos ſup litus maris et manū magnam quaz exercuerat dñs contra eos. Usus autem maloz ad quē vitur eis deus est ira id ē pena. Et ideo vocat eos vila ſra id est iusticie instrumenta. quibus deus vitē ad ostendendā iram id est iusticiā vindicatinā. Ephe. 2. Eramus natura filii ire. Acerns vero quaz deus erga eos exercet nō est qz duponat eos ad ma-

lum quia ipsi de se habent dispositionem ad malum ex corruptione priui peccati. Unde dicit. Vasa apta in interitum id est in se habentia aptitudinem ad eternam damnationem. Gen. 6. Videlicet deus & multa malitia hominum esset in terra. et cuncta cogitatio humani cordis intenta esset ad malum omni tempore. Hoc autem solu deus circa eos agit & eos permittit agere que cōcupiscunt. Qui sanguinerie dicit. Sustinuit. Et hoc eius patientia demonstrat & non statim vindictas infert. Unde addit. Ita multa patientia. Ecc. 5º Aliissimus est patiens redditor. Deus inde ex parte bonorum similiter tria ponit. Primo quidem finem cui dicit. Ut ostenderet diuinitas glorie sue. Finis enim electionis et miserationis honorum est ut manifestaretur in eis abundantiam bonitatis sue reuocando eos a malo. et ad iusticiam eos trahendo et finaliter eos producere in gloriam. Et hoc est quod dicit. Ut ostenderet diuinitas glorie sue. de quib[us] diuinitatis supra. 2º An diuinitas bonitatis ei[us] contempnit. Eph[es]o. 2. Deus autem qui diuines est in misericordia. Signanter autem dicit. Ut ostenderet diuinitas glorie sua et quia ipsa condonatio et reprehensione malorum que est finis dei iusticie manifestat et commendat sanctorum gloriam qui ab ipsa tali miseria liberantur. Secundo describit visum eorum et dicit. In vasa misericordie. Molant autem bonos vasorum misericordie quia virtutis eis deus quasi instrumentis ad suam misericordiam manifestandam. Ecc. 4. 4. Terti sunt viri misericordie. Tertio ponit actum quem circa eos deus exercet. Nam enim deus eos solum sustinet quia de se apertos existentes ad bondem sed eos preparat et disponit vocando ad gloriam. Qui dicit. Que prepauit in gloriam. p[ro]p[ter]e[m] preparas motes in virtute tua. Est autem constructio defectiva et suspensiva visus hic. ut sit sensus. Si deus volens hoc facere quibusdam miseretur et quosdam induratur quid contra hoc iuste poterit dici. Quasi dicat. Bibil. Non enim sic quis vult inducitur ut eos peccare cōpellat sed sustinet eos ut finis suam inclinationem tendant in malum.

## Lectio quinta.

**G**los et vocauit non solum ex iudeis sed etiam ex gentibus sic in osee dicit Glocabo non plebem meam: plebez meam. et non dilectam. dilectam. et non mise ricordiam cōsecutam: mifcordia cōsecutaz Et erit in loco vbi dictu[m] est eis: non plebs mea vos. ibi vocabuntur filii dei viui. Esaias aut[em] clamat p[ro] israel Si fuerit numer[us] filiorum israel tanq[ue] arena maris reliquie salue fient. Uerbū em̄ cōsumans et abbreviās in equitate. quia verbum breuiatum faciet dñs sup terram. Et sicut predixerat esaias nisi dñs sabaoth reliquisset nobis semen. sicut sodoma facti essemus: et sicut gomorra si miles fuisset Quid ergo dicemus? Q[uod] gentes q[uod] non sectabantur iusticiā apprehēderunt iusticiam: iusticiam aut[em] q[uod] ex fide est: israel vero sectando legē iusticie in legē iusticie non peruenit Quare: Quia non ex fide s[ed] quasi ex opibus offendereūt em̄ in lapide offendonis: sicut scriptū est Ecce pono in syon lapidem offendonis et petrā scandalū: et omnis qui credit in eū non cōfundetur.

Postquam apostolus ostendit quod dei gratia datur hominibus ex diuina electione per quam homines ad gratiam vocantur hic ostendit quod predicta electio sine vocatio non solum pertinet ad iudeos ut Ipsi poterat gloriari propter hoc quod dicitur deus. 4. Dixit pater tuos. Sed eram ad gentes. et primo ponit quod intendit. scilicet probat propositum ibi. Si est in osee dicitur. Tertio ex dictis fert conclusionem ibi. Quid ergo dicemus? Tercio. Dicitur enim quod scilicet pars parvus in gloriam. quod et vocavit scilicet propter gloriam suam non solum ex iudeis sed etiam ex gentibus. 5. 3. An iudeos deum timunt? Nonne et gentes. Sopho. 1. Adorabunt eum viri de loco suo oculis insule gentium. Deinde cum dicitur. Sicut in osee dicitur. probat propositum et primo quantum ad gentiles. scilicet quantum ad iudeos ibi. Propterea autem clamat tercium. Circa primum ponit duas auctoritates osee loquentes propter gentes quaz prima promittit eis dona dei. scilicet ipsam diuinam filiationem ibi. Et erit in loco tertio. Dicit ergo primo. Sicut dominus dicit in osee quod ipse erat qui loquatur in prophetis. 2. reg. 23. Spurcus domini locutus est propter me et famo eius per linguam meam. Unde et osee primo dicit. Principium loquendi domino in osee. Est autem considerandum quod a tribus bonis quod in iudeis eminebat gentiles erant alieni. quorum primus erat diuinus cultus regis cuius dicebatur populus dei quasi ei servientes et eius preceptis obedientes. An in psalmis dicitur. Nos autem populus eius et oves pascent eius. Sed ab huius populi societate gentiles erant alieni secundum illud ephe. 2. Alienati a conuersatione iudeorum et hospites testamtor. Sed per christum facti sunt populus dei. Tit. 2. 2. Debet semetipsum pro nobis et emundare sibi populum acceptabilem. Et hoc est quod dicitur. Vocabo non plebem meam id est gentilitatem quod non erat plebs mea. plebe mea id est ad hoc ut sit plebs mea. Secundum est presulatus diuine dilectionis. Osee 3. Willig dominus filios iudeorum in osee et eis multa beneficia induceret ad specialem gratiam praestabat. a qua quidem dilectione gentiles olim erant exclusi. Ephe. 4. Alienati a veritate dei propter ignoratiam que est in illis. Et ideo dicitur. Et non dilectam meam scilicet genitilitatem vocabo dilectam meam. Ephe. 2. Vos quod aliquando eratis longe facti estis propter in sanguine Christi. supra. 5. Cum inimici essemus reconciliati sumus deo in morte filii eius. Tertius est libertas a peccato originali quod in iudeis in circuncisione conservabatur. ysa. 1. 4. Miserebitur dominus Jacob. Sed huius miserationis gentiles non erunt principes. Eze. 16. Quando natus es in die ortus tui non est prescelitus umbilicus tuus. Et infra. Non persistit super oculos mens ut facerem vnde de his misericordias tuas tui. Sed postea per Christum sunt misericordias cosecuti. Ideo sequitur. Et non misericordia consecuta misericordia cosecuta. Tit. 3. Secundum suam misericordiam salvos nos fecit. Hec autem auctoritas habet osee 2. secundum. lxx. loco cuius littera nostra habet. Miserebor eum quod fuit absque misericordia. et dicam non populo meo populus mens es tu. Deinde cum dicitur. Et erit in loco tertio. inducatur aliam auctoritatem quod habet osee. 1. In qua eis remittitur dignitas filiorum dei de quod in iudeis gloriantur propter id quod dicitur ysa. 1. Filios enutriri et exaltare ipsi autem sprenerunt me. Et deus. 33. Nonne ipse est pater tuus? Gentiles autem non solum dicebant filii quod pertinet ad eos qui ex amore deo seruunt et spiritu dei agunt. vi. 8. 8. dicitur est. sed nec etiam digni erant ut populi dei discernentur quod pertinet poterat etiam ad eos quod spiritu seruitur accepserant in timore. Unde dicitur. Et erit in loco. 1. in iudea ubi dicitum est eis. scilicet gentilibus a iudeis quasi ex persona dei loquuntur. Non plebs mea vos. quod non reputabant eos populum dei ubi id est etiam apud iudeos credentes vocabuntur filii dei. Ut in loco id est toto mundo in quo conuententur sicut presuliti quos iudei faciebant qui suis locis derelictis in iudeam pregebant. hoc autem non sit suorum esse in his qui ad Christum conuenti erant ostenditur

nibus: tamen effectus qui inde p̄ueniunt non consequuntur idemtate numero sed specie. et hoc sicut viaz nature. Similiter dico quod si corpora induerent incorruptionem & surge rent sicut viam nature & non resurgerent eadē numero sicut eadem specie. Sed cum reintegratio & resurrectio sicut dictum est fiant virtute diuina. dicimus quod corpora erūt eadem numero cū neque p̄incipia individualitatis huius hominis sint aliud & hec anima & hoc corpus. In resurrectione autem redibit et anima eadē numero cum sit incorruptibilis & hoc corpus idem numero ex eisdem pulueribus in quibus resolutum fuit ex virtute diuina reparatum. sic erit idem homo numero resurgens. Nec facio vim in formis inveniatis quia non pono esse aliquā aliam formā substantialē in homine nisi animā rationāle a qua habet corpus humanū & sit animatū natura sensibili & vegetabili & sit ratio. Forme vero accidentales nihil impediunt idem partem numeralē quā ponimus. ¶ Consequens cū dicitur. Cū autem corruptibile tamen. Confirmat quod dixerat p̄ autoritatem. Et circa hoc duo facit. Primo p̄t autoritatem. Secundo ex ea concludit tria ibi. Abi em̄ est mors tamen. Dicit ergo primo. Dixi quod oportet corruptibile hoc induere tamen. Sed cum mortale hoc induerit immortalitatē tamen scilicet in futuro. Quod est contra illos qui dicunt iam resurrectionē factam. Fieri sermo qui scriptus est. I. Absorpta est tamen. Hoc sicut translationē nostrā non inueniunt in aliquo libro biblie. si tam en inueniatur in translatione. lxx. non est certa vna de sumptu sit. Potest tamen dici hoc esse sumptu Esa. 26. Alieni mortui tui tamen. Et. 25. Precipitabit mortem in sempiternum. Esee. 13. vbi nos habemus. Ero mors tua o mors. lxx. habent Absorpta est mors in victoria. id est pp̄t victoria xp̄i. Et ponit p̄terū p̄ futurū pp̄t certitudines p̄phetic. i. p̄t. 3. Degluties mortē tamen. ¶ Cōsequens cū dicitur Abi est mors victoria tua tamen. Cōcludit tria ex p̄missa auctoritate. Insultatōes sero p̄tra mortē Gratianactōnes ad deum ibi. Deo autem gratias. Et ammonitionē suā corinthiis ibi. Iacobus fratres mei tamen. Circa primū duo facit primo ponit insultationē. Secundo expoit ibi. Stimulus autem tamen. Loquens ergo apostolus de victoria xp̄i contra mortem quasi in quadam speciali gaudio positus assuit personam virorum resurgentium dicens. Abi est mors viae tamen aut ex se vel aliunde habuerit hoc apostolus incertū est. Si tamen aliunde accepisset videtur accepisse de Esa. 14. Quomodo quenam tributum cessavit tamen. Dicit ergo Abi est mors tamen. scilicet corruptionis victoria tua id est potentia qua totū humanū genus p̄sternebas de omnibz tristumphabas. 2. reg. 14. Hēs morimur tamen. Job. 18. Alcibiades super eum quasi rex intercessit tamen. ¶ Abi est mors stimulatus. Quid autem sit stimulus cōsequens exponit dicens. Stimulus autem tamen. Unde duo ponit. Unum p̄ quod exposuit quod dixit. Aliud per quod obiectionem excludit ibi. Virtus peccati tamen. Sciendum est autem quod stimulus mortis potest dici vel stimulus ad mortē. vel quo vititur seu quē facit mortis. sed litteralis sensus est. stimulus mortis id est stimulus ad mortē quod homo per peccatum est ipsius tamen delectus ad mortē. Ro. 6. Stipēdia peccati mors tamen. ¶ Sed quis aliquis posset obijcere quod iste stimulus est remotus p̄ legem. ideo consequens hoc apostolus excludit subdentes. Virtus vero id est augmentum peccati lex. Quasi dicat. Non est remotum peccatum p̄ legem. Imo virtus peccati lex id est augmentum occasionaliter scilicet nō quod induceret ad peccatum sed in quantum dabat occasionē peccati & nō consuebat gratiā ex qua magis accendebarūt concupiscentia ad peccandum. Ro. 5. Lex subintravit ut habundaret delictum. Ro. 7. Occasione accepta peccatum p̄ mandatum tamen. Est autem aliud sensus sed non litteralis ut stimulus mors

# Explanatio sancti Thome

ne dicatur quo vititur mors. et sic per mortes intelligitur dyabolus. Apoc. 6. Non enim illi mors. Et sic stimul<sup>9</sup> mor-  
tis est temptationis dyaboli. Et sic totum quod dicit de mor-  
te exponit de diabolo. ut in glo. habetur. Ut stimul<sup>9</sup>  
mortis id est a morte factus id est a carnali concupiscentia  
Iaco. 1. Concupiscentia cum conceperit te. Concupiscentia  
enim primo volentes allicit sicut in intemperatis. Secun-  
do repugnantes trahit ut in incōtinentibus. Postea co-  
rendit sed non vincit ut in continentibus. Postea debili-  
tatur eius contentio sicut in tēperatis et ultimo totalit<sup>9</sup> de-  
ficit sicut in beatis quibus dicere cōpetit. Ubi ē mors co-  
tentio vel victoria tua? Quia ergo stimulus mortis ve-  
structus est non p legem sed victoriam xp̄i. ideo deo sunt  
reddende gratiarūactiōes. Et hoc est quod dicit. Deo au-  
tem gratias scilicet ago seu agamus qui bedit nobis vi-  
ctoriam mortis et peccati per ielum xp̄i non per legem.  
Joh. 16. Hec est victoria te. Ro. 15. Quis me liberabit  
te. Gratia dei te. Nā quod impossibile te. Consequē-  
ter cum dicit. Itaq; frātres mei te. Subdit amonitiones  
sicut enim dictum est pseuso apostoli coriūpebant corin-  
thios negando resurrectionē. et ideo postq; iaz astruxit si-  
dem resurrectionis et per exempla ostēdit amonitet eos  
q; bene se habeant ne seducantur a pseuso apostolis. Et  
circa hoc tria facit. Primo em̄ eos in fide confirmat dices  
Itaq; scilicet iam ostensa resurrectione frātres mei q; fidē  
per quam omnes sumus filii dei. Johan. 1. Dedit eis po-  
testatem te. Dilectissimi per charitatēs qua debem⁹ nos  
inuicem diligere. 1. Johan. 4. Hoc mandatum habem⁹ a  
deo te. Stabiles etote scilicet in fide resurrectionis ne re-  
cedatis a fide. Ephe. 4. Non sumus sicut parvuli fluciū-  
tes te. et imobiles ne scilicet ab alijs seducant. Coll. 1.  
In fide fundati stabiles et imobiles te. Secundo inducit  
ad bona opera vicens: Habundantes in omni opere bo-  
no semper. Hall. vlti. Num tempus te. puer. 3. In habu-  
danti iusticia. Tertio roboz eos per spem dicens: Scie-  
tes per q; te. Sap. 3. Bonoz enī labor gliosus ē fruct⁹.

## Incipit capitulū sedecimū.

Ecclētis autem que sunt in sa-  
ctos. sicut ordīau in ecclesijs gal-  
latie: ita et vos facite per vnā sab-  
bati. Unusquisq; vestrum apud  
se reponat recondēs qđ ei bene placuerit: vt  
non cum venero tunc collecte flant. Cum au-  
tem presens fuero quos per ep̄las hos mit-  
tam perferrē gratiam vestrā in hierusalem.  
Qđ si dignum fuerit ut ego eam: mecum ibūt.  
Geniam autē ad vos cuž macedoniā ptrans-  
siero. Nā macedoniā ptransibo. Apd vos  
autem forsitan manebo. vñ etiā hyemabo ut  
vos me deducatis quocunq; iero. Molo enīz  
vos modo in transitu videre. Spero em̄ me  
aliquantulū temporis manere apud vos: si  
dominus permiserit. Permaebo autē ephe-  
si vñq; ad penthecosten. Ostiuž em̄ mihi ap-  
tum est magnum et euīdens et aduersarij mul-  
ti.

Supra per totam seriem ep̄scole proposuit apostolus co-  
rintijs quandam doctrinam generalem. in hoc ultimo  
capitulo proponit eis quedam specialia et familiaria. Et

circa hoc duo facit. Primo monet eos quid ipsi debeant  
alijs facere. Secundo ostendit quid alijs faciant ipsi ibi.  
Salutare vos ecclesia te. Circa primum duo facit. Primo  
instruit eos de his que debent facere ad absentes. Secun-  
do vero de his que debent facere ad presentes ibi. Alijs  
late et state in fide te. Circa primum tria facit. Primo in-  
struit eos de his que pertinent ad absentes pauperes san-  
ctos qui sunt in hierusalem. Secundo de his que pertinent  
ad apostolum ibi. Geniam ad vos cum te. Tertio de his  
que pertinent ad discipulos ibi. Si aut̄ venerit te. Circa  
ea qui debent fieri sancti qui erant in hierusalem de trib⁹  
instruit eos apostolus. Primo qualiter elemosina sancta  
facienda: sit colligenda. Secundo qualiter sit conservanda  
ibi. Unusquisq; autem vñkruz te. Tertio qualiter sit  
in hierusalem transmittenda ibi. Cum autem presen-  
te ro te. Circa primum sciendum est q; sicut legitur actu. 4.  
Mos erat in primitua ecclesia ut conuerst ad fidem ven-  
derent possessiones et omnia que habebant et preciū po-  
nerent ad pedes apostolorū et de eis vñcūq; prout erat  
opus prouideretur. ut sic nullus habere et proprium sed  
essent illis omnia communia. Et sicut dicitur in colla-  
tionibus patrum omnīs religio ab illa sacra societate sū-  
p̄it exordiū. Contigit autē ut fame perualida exorta pau-  
peres sancti qui erant in hierusalem in opia maxima labo-  
rarent. vnde factum est ut apostoli ordinarent ad ipsorum  
subventionē q; q; alias ecclesijs xp̄i collecte fierent. et hec  
commissio facta est paulo et barnabe. Sal. secundo De-  
derunt milbi et barnabe te. Et quia apostolus super hoc  
sollitus erat monebat illos quos conuerteret ut eis sub-  
uenirent quia sicut ipse ad Roma. dicit. Iustum est ut a  
quibus spiritualia receperint temporalia ministrerent. Et  
hoc est quod dicit. De collectis autem que sunt per ecce-  
sias in sanctos id est in vñsum sanctorum et non quoru-  
m̄. Ecclesias. 12. Da iusto et ne recipias peccatores. Nō  
q; peccatorib⁹ non sit aliquid dandum. sed quia magis  
debet quis dare elemosinam iusto indigenti q; peccatori  
Sic ordinati in ecclesia galathie. ita et vos facite id est  
colligite per vnam sabbati id est septimanę.  
Et hoc ideo ordinatum est ut paulatim qualibet ebdoma  
da aliquid paruum soluerent. ne si simul totum soluisserent  
grauiarentur. Et licet eis paululum videretur et quasi in-  
sensibile palatum dare tamen cōplete anno elemosine in-  
simul collecte magne erant. Ut per vnam sabbati intelli-  
gitur prima dies post sabbatum scilicet dies dominicus.  
Et hoc ideo illo die fieri voluit apostolus. quia iam inole-  
verat consuetudo ut populus in dominicis diebus ad ec-  
clesiam conueniret. Leuitic. 23. Dies primus celebri-  
mus erit atq; sanctissimus te. Et post Est enim ceterus atq;  
collecte te. De huiusmodi elemosina dicitur Danie-  
lis quarto Peccata tua elemosinis redime. Et Ecclesia  
vicesimo nono. Elemosina viri qđ faciūt te. Quia ve-  
ro non solum debet apponi modus in colligendo sed etiā  
in conseruando. ideo consequenter instruit qualiter colle-  
cte conseruent cum dicit. Unusquisq; autem vestri te.  
In quo ostenditur maxima industria apostoli. Ne aliquis  
crederent q; apostolus faceret collectas istas magis cau-  
sa questus proprii q; propter necessitatem sanctorū. ideo  
suspitionē hanc vitans et qđtum ad se et qđtuz ad suos mi-  
nistros noluit dictam pecuniam a se seu a suis ministris cu-  
stodiri. sed ordinavit q; quilibet illud quod sibi placebat  
elargiri reportaret domini et conseruaret seorsum: faciens  
sic per totum annum. Et huius ratio erat q; aplius nole-  
bat q; qñ veiret corinθiū vacare collectis q; doctrinæ reb⁹  
spiritualibus. Et ideo dicit. Et non cuž venero. te. Act.  
6. Nō est equū nos relinquere te. qualiter aut̄ debeat

# In epistolā I ad Corinthios XVI

misi in hierlm subdit dicens. *Cuz autē p̄sens fero rr.*  
Quasi dicat. Hec in hoc volo aliquos sp̄ealiter onerare  
cū presens fero. s. ad portandum pecunia: sed mittā illos  
quos probauerit. t. approbaueritis mittendos mittaz  
inq̄ per epistolā. i. cim̄ epis̄ missis a vobis t a nobis  
laudatorijs t cōmēdatorijs fz̄ in quib⁹ cōtineat quanti  
tas pecunie cōmendatū studiū nostrū t charitas. Mittā  
inq̄ perfere grām vestram. t. q̄ gratis dabitis sanctis  
pauperibus in hierlm. 2. *Lor. 8.* Rotam facimus vo  
bis gratiam dei rr. In hierlm. i. sanctis qui sunt in hies  
rusalem: t nō solum mittam alios quos probaueritis fz̄  
si dignū fuerit rr. t. si magna quantitas fuerit meū ibit  
in quo inducit eos ad bene t liberaliter soluenduz *Ro.*  
15. Nunc iḡ proficiscar hierusalem ministrare sanctis  
rr. Cōsequenter apo stol⁹ instruit eos de his que per  
tinent ad seipm. Et circa hoc tria facit. Primo p̄mittit  
eis suam presentiam dicens. Veniet ad vos cū macedoni  
am p̄transiero rr. Circa quod sciendū ē q̄ sicut de *Aet.*  
16. Cir macedo apparuit apostolo cū eēt troade depre  
cans eum t dicens ei. Transiens in macedoniam libera  
nos. Et ergo apostolus iussa impleret dispositus se mace  
donia itur. Et q̄ macedonia erat media inter asiam et  
achaiam in qua est corinthum: ideo dicit. Cum pertran  
siero in macedoniam veniā ad vos: mo veniā ad vos in  
de fz̄ quia tunc ero vobis propior. Sc̄do promittit se fa  
cturū apud eos diutinā mozam dicens. Apud vos foris  
tan manebō. i. mozā contrabā vel etiā hyemabō: id est q̄  
totam hyemē permanebo vobiscū: quia multa corrigen  
da sunt in vobis. Nel causam quare ad eos vadit subdit  
ei dicit. Et vos me deducat̄ quo cūq̄ iero. Et dicit q̄cū  
q̄ nesciebat determinate quo iret nisi fm q̄ spiritus  
sanctus inspirabat sibi. Deducatis inq̄ non defendatis  
me sed ve docearis vias. Tertio cū dicit. Nolo eū vos.  
rr. excusat dilationē sue p̄sente dupliciter. Uno modo  
quia cor inthij possent dicere nō est necesse q̄ tantū dis  
feras venire: t q̄ primo vadas in macedoniam: quia tu  
potes venire in achaiam t permanere ita q̄ nō transeras  
per macedoniā. Et ad hoc dicit licet sic posset venire ad  
vos tamē non diu posset manere vobiscum: quia statim  
oportet me esse in macedoniam vel redire in asiam: vnde q̄r  
nolo vos modo in transitu videre: ideo modo non venio  
primo ad vos: nam ego spero aliquā moram contrahere  
vobiscum si dominus p̄misit. Dicit s̄t domin⁹ p̄misit  
quia forte vel anteq̄ eēt ibi vel postq̄ iā esset ibi dñs in  
spiraret ei q̄ iret ad alium locum vbi faceret maius bos  
num. Ulio modo excusat se t hoc videtur magis littera  
le quia oportebat eum diu manere apud ephesum qđ est  
in asia: t ideo dicit. Permanebo autem ephesi vsc̄ ad  
penthecosten rr. Forte hec epistola missa fuit i hyeme  
seu in vere t tunc post penthecosten debebat ire in mace  
doniam t morari ibi vsc̄ ad hyemē et tunc ire corin  
thum est biemare. Rationem autem quare volebat mo  
rari ephesi vsc̄ ad penthecosten subdit cū dicit. Ostium  
autē rr. id est magnū fructū facio in epheso. Et dīc ostiū  
esse apertum magnum. id est multa corda hominum ad  
credendum parata: t euident̄: equia sine contradictione  
*Col. 4.* Orantes simul t pro nobis vt de⁹ aperiat nos  
bis ostium. rr. Sed quia sunt multi aduersarij qui con  
tur impedire vel subintrare. Si ergo absentē me tāt⁹  
fruct⁹ posset defacili impediti: iō nolo recedere quousq̄z  
stis bene firmati. *Apoc. 3.* Ec̄ de vedi corā te ostiū aptū.

## Lectio secunda.

8. *I* autē venerit thymothe⁹ videte vt  
sine timore sit apud vos: opus enīz

domini operatur sicut t ego. Ne q̄s ergo il  
lū sp̄ernat. Deducite autē illū in pace vt ve  
niat ad me. Expecto enī illū cū fratrib⁹ De  
apollo autē fratre vobis notū facio: qm̄ mul  
tū rogaui eū vt veniret ad vos cū fratrib⁹:  
t vtiq̄ nō fuit voluntas eius vt nūc veniret:  
Veniet autē cū ei vacuū fuerit. Vigilate sta  
te in fide: viriliter agite t confortamini: oia  
enī v̄a in charitate fīat. Obscurō autē vos  
frēs nostis domum stephane t fortunati et  
achaici qm̄ sūt primitie achaiae t in ministe  
riū scō ordinaueſt ſeipſovt t vos subditi  
ſitis eiusmodi: t omni cooperati t laborati  
Gaudeo autē i plentia stephane t fortunati  
t achaici qm̄ id qđ vobis deerat ip̄i supple  
uerū. Refecerūt enī t meū ſpūm t vestrū.  
Cognoscitur ergo q̄ eiusmodi sūt. Salutat̄  
vos oēs eccleſie aſte. Salutat̄ vos in domino  
multū aquila t prisca cū domestica ſua ecclē  
ſia apud quos t hospitor. Salutat̄ vos oēs  
fratres. Salutate inuicē i oſculo ſcō. Salu  
tatio mea: manu pauli. Si quis nō amat do  
minū noſtrū ielum xp̄m ſit anathema mara  
natha. Gratiadū ſtri ielu xp̄i v obiſcum  
Charitas mea cum omnibus vobis i xp̄o ie  
ſu amen.

Hic instruit eos de his q̄ p̄tinēt ad dīcīplos ſuos t p̄lo  
de his q̄ p̄tinēt ad thymotheū. Sc̄do de his q̄ p̄tinēt ad  
apollo ibi *De apollo rr. De thymotheo tria mādat.* Id  
mo vt ſe: ure cuſtodiāt. Un̄ dicit. Si autē venerit ad vos  
thymothe⁹ videte ſtudeat̄ vt ſine timore ſit apud vos.  
Forte aliq̄ cōmotio fuerat ibi propter pseudo aplos. 1.  
*Lor. 7.* Fortis pugne intus timores rr. Et hoc debetis  
facere qr op̄ dñi opak ſicut t ego p̄dicāto. t. *Timo. 4.*  
Tu vero vigila: ſi ſolus labora. Sc̄do vt ſi honore habe  
atur: t iō dicit. Ne q̄s ergo illū ſp̄nat. Et rō hui⁹ ē forte  
qr iuuenis erat. 2. *Thi. 4.* Memo adoleſcētiā tuā ſp̄na  
t. *Lu. 10.* Qui vos ſp̄nit me ſp̄nit. Tertio vt pacif  
ce deducat̄: t hoc ē qđ dicit. Deducite autē illū rr. Et rō  
hui⁹ ē: q̄ expecto illū cū ſribus q̄ ſit cū eo. *De apollo*  
rr. Iste ē ille apollo de q̄ habet *Aet. 18.* Q̄ iude⁹ qdaz  
t. iſte iuit in achaia t fuit q̄ ſp̄alis doctoſ eoz poſt  
apl̄m. 1. *Lor. 3.* Ego plātaui apollo rigauit rr. t vt glo  
dicit eoz erat. Et qr corinthij male ſe habuerant reſeſſe  
rat ab eis t iuerat ad apl̄m. Postmodū ḥo corinthij ro  
gauerūt apl̄m vt remitteret illuc ipſū ad qđ ſtndet eis dī  
cēs. *De apollo* autē ſtne q̄ rogat̄ ſe remitti ad vos notū  
vobis ſacio tria. *De apollo* ſe p̄ces meas ſibi factas qm̄ multuz  
rogaui eū vt veniret ad vos cū ſribus. Et dicit rogaui eū  
lī p̄ſſit p̄cepe: q̄ magnis viris non defacili dī ſiert p̄ce  
p̄tū. 1. *Thi. 5.* Senio ſe obſcra rr. *Ecc. 32.* Ector em  
re poſuerūt rr. H̄i nūqđ licuit ſibi relinq̄re populu ſuū?  
Ad hoc dicendū q̄ ſicut Grego. dicit q̄i onnes ſubditi  
male ſe habent t nolit corrigi: licet eoz recedere ab eis.  
Unde qr iſti erant tales licuit ei. Nel dicendū ē q̄ forte  
nō erat eoz ſe ſp̄alis ſe p̄cauerat eis. Sc̄do re  
ſponsū apollonis: qr renuit venire ad eos ibi. Et vtiq̄

# Explanatio sancti Thome

non fuit voluntas eius ut nunc. *Et ratio huius est:* quia forte nondum erant bene correcti. *Ael qz ipse erat l alij arduti occupatus.* Tertio pmitit eum aliquando ad eos iterum. Unde dicit. Veniet autem cum ei vacu um id est oportunum fuerit scz quādo vos eritis correcti. *Consequenter postq instruxit eos quid debeant face re absensibus:* hic instruit eos qualiter se habeant ad eos in coi. Sedo quantū ad quosdam in speciali ibi. *Obsecro aut vos frēs.* Instruit autē eos apls in coi de tribus. *I. de fide de bona opatiōne cū de mō bene organdi.* Sed tñ istis tribus pmittit vñ qd est omib⁹ necessarii. sollicitudo. Unde dicit. Vigilate et orate. De fide ergo instruit cum dicit. State scz in fide. Ephe. 6. State succincti *rc.* De bona opatiōne cū dicit. Viriliter. *i.* fortiter agite qz fides sine operib⁹ mortua ē. Iac. 2. Sed qz bona opatiōne nō est attribuenda nobis. *sz deo: iō subdit.* Et confortamini in dño. *ps* Viriliter agite et confortet cor vñ *rc.* De mō agendi cū dicit. *Sia vña in charitate fiant:* id est oīa debent referri ad finē charitatis scz ut fiant ppter deū *z* primū. Col. 3. Sup omia charitatē *rc.* *Consequenter cū dicit.* Obsecro aut. *rc.* Instruit eos quo se habeant ad quosdam in spāli et primo quantū ad illos qui vident habere aliquā prōgatiuaz in sp̄halibus. Sedo q̄tum ad illos qui in corporalib⁹ ogib⁹ ibi. Haudeo aut *rc.* Dicit ergo. *Obsecro autē vos frēs.* Postis id est approbasi domū stephane et fortunati et achaiici. Approbasti in qz pppter duo: *z* qz sunt pri mitie. *i.* primo conuersi quia ab ipso apostolo in pmis baptizati supra p̄to. Baptizauit aut. *rc.* Et qz magis deuoti *z* p̄mpti ad ministeria sanctorū. *Unū dicit.* Et in ministerio sanctorū ordinasse ipos. Ro. 12. Necessitatib⁹ sanctorū *rc.* *z* iō obsecro vi *z* vos subditi *rc* Heb. 12. Obedi te p̄positis *rc.* Et omni cooptanti. *Philip. 4.* Adiuua eos qui meū laborauerunt. *Sap. 3.* Bonor labor glorioius *rc.* *Hic instruit eos q̄tū ad illos q̄ preeminent in ministerijs *z* pot dūpliciter exponi.* Uno mō vt dicas. Haudeo aut in plentia stephane et fortunati et achaiici qui sunt p̄entes vobis quoz p̄sentia est vobis p̄ficia. Qm̄ ipi id qd vobis deerat suppleuerūt docendo vos. Et in hoc qd resercerit spm meū in qtū gaudeo de bono vestro *z* spm vestrū in qtz instructi estis. *Philip. 4.* Huius suz valde qz inueni *rc.* Et iō qz sic se habuerunt: ergo cognoscite id ē honorare eos *rc.* Alio mō vt dicas gaudio in p̄stia stephane fortunati et achaiici: *qz scz p̄fionaliter meū sunt *z* seruūt mihi in quo supplent qd deerat vobis.* *i.* qd vobis nō poteratis mihi corporaliter exhibere. In quo quidē resercerit spm meū in quantum mihi seruerunt *z* pauerunt me et vestrā in qtz de bono meo gaudentis: et ideo cognoscite *rc.* *Salutat vos *rc.** Hic apostolus insinuat qd alij faciat corinthiis. Et circa hoc duo facit. Primo insinuat quo salutent ab aliis. Sedo subdit suā salutationē ibi. Salutatio mea. *rc.* Circa primū tria facit. Perio insinuat quo salutat eos tota ecclesia astie in coi. Unde dicit. Salutat vos omnes ecclesie astie. Roma. vlti. Salutant vos omnes ecclesie xp̄i. Secundo quo salutat eos spāliter hospites pauli. vn de dicit. Salutat vos in dño multi aqla *rc.* Iste erant hospites apostoli *z* de his habet Roma. 16. et Act. 18. Tertio quo salutat eos apli *z* familiares sui. Unde dicit. Salutat vos oīs frēs qui scz meū sunt. *Phil. vlt.* Salutant vos qui meū sūt frēs. Ex quo ergo oīs salutant vos *z* vos etiā salutate in osculo sancto nō libidis noī quo mulier ap̄p̄ h̄ensū de osculaſ inuenit. *Prouer. 7.* Hō fraudulento quo iudas osculat̄ ē xp̄i: Mat. 26. 2 Mar. 14. *Salutatio. *rc.* hic suā salutationē subdit*

*z* circa hoc duo facit. *Perio ponit titulū salutationis dīcēs.* Salutatio mea. *i.* scripta ē manu mea pauli. Et hoc faciebat in ep̄lis suis ppter quosdā qui sub spē apostoli scribebant falsas litteras. *Unū vt non deciperent.* postq̄ scripta erat ep̄la per aliquē in fine: *Consequenter scribebat apostolus manu sua.* Secundo ponit ipsaz salutationē in qua primo maledicit malis dices. Si quis nō amat. *rc.* anathema sit. *i.* separat̄ v̄l excoicat̄. maranatha. *i.* dīcē veniet. Quasi dicat. Qui nō amat dñm nr̄m iēsū xp̄m sit anathema in aduentu dñi. *Sz nunq̄ sunt excoicati oīs qui nō sunt in charitate.* *Vnde dīcē dū q̄ hoc intelligi si quis nō amat dñm iēsū xp̄m. *i.* fide xp̄i *z* iustū sue hereticū *z* sunt excoicati.* Ael si quis v̄lcs ad finē moī nō p̄seuerat in amore dñi iēsū xp̄i in aduentu erit separat̄ a bonis. Secundo benedicit bonis bene optans eis. *i.* gratia xp̄i cuī dicit. *Sra domini nostri iēsū xp̄i.* Et hoc op̄tans op̄rat eis oī boni qz in grā dñi nostri iēsū xp̄i constinet omne bonū. *Op̄rat etiā eis charitatē suam dicens.* Charitas mea *rc.* in vos inuicē *z* deū diligatis ea charitate qua ego vos diligo *z* nō propter aliqd aliud nisi in xp̄o iēsū. *i.* propter amorem xp̄i. Amen. *i.* fiat.

Incipit postilla doctoris angelici sancti Thome ordinis fratrum predicatorum sup secunda ep̄stola ad corinthios

## Inistri dei no

m

stri diceb̄ vobis. Esa. 15. In his verbis congrue tangitur materia huius secundū de ep̄stole ad corinthios. Nam in p̄ma ep̄stola agit apostolus de ip̄is sacramētis: sed in hac secunda agit de ministris ipsorum sacramētorum tam bonis q̄ malis. Ratio autem hanc ep̄stolas scribendū fuit q̄ corinthiis post predicationem eius admīserat pleudo apostolos quos apostolo preferebat. Qd̄ ospter hoc scribit eis hanc ep̄stolam in qua cōmendat apostolus *z* ostendit verorum apostolorum dignitatem: ostēdit e: tam et vituperat falorum apostolorum falsitatem commendat autem verorum apostolorum dignitatē ex hoc q̄ sunt ministri dei. Ministri inquit dei diceb̄ vobis scz apostolis: qui quidem dicuntur ministri quantum ad tria. Primo quantum ad dispensationem sacramentorum, p̄te Cor. 4. Sic nos existimet homo vt mi. *rc.* Christus enim in ilutor est sacramentorum sed apostoli *z* eorum successores ea dispensant: *z* ideo subditur in predicta auctoritate *z* dispensatores ministerium dei. Secundo quantum ad gubernationem scz inquantū gubernant populum dei. *Sap. 6.* Cum ess etis ministri nō recte iudicatis. *rc.* Deus enim gubernat omnia p̄ prudētiā. Unde quicunq̄ aliquid gubernat dicitur minister dei. Tertio quantum ad humane salutis operationem in quantum scilicet eorum ministerio *z* predicatione homines ad salutem conuersi sunt: cuius salutis sol⁹ deus est auctor quia ipse est qui venit saluum facere quod perierat apostoli vero ministri. prime Cor. 3. Quid ergo ē apollo quid paulus? ministri ei⁹ cni credidistis. *rc.*

## Capitulum primum.

Aulus apls iēsū xp̄i p̄ voluntatem dei *z* thymotheus frater ecclesie dei que est corinthi cū oībus sanctis q̄ sunt in vniuersa achaia gratia vobis *z* pat̄ a deo patre nostro et dño iēsū christo. De istis ergo mis̄tris tractat hic apls oīdēs in bac ep̄la

# in epistolâ II ad Corinthios I

cor dignitatē etiā scribēs corinthiis. In q̄ qdē premit  
tit. Pro salutationē. Scđo prosequitur eplam ibi. Si  
dic⁹ rc. In salutatiōe aut̄ tria ponit p̄ primo enī de  
scribit personas salutantes. Secundo perdonas saluta-  
tas ibi. Ecclesi⁹ que est rc. Tertio bona optata ibi. Gra-  
tia vobis rc. Circa primum primo deſcribitur persona  
salutans principalis q̄ paul⁹. Scđo psona adiuncta: q̄  
thimotheus. Persona salutans describit ab humilitate  
q̄ paulus q̄ latine d̄r modic⁹. Iste ē ille modic⁹ de quo  
Ela. 6.0. Minim⁹ erit in mille rc. Vel a doctrina: quia  
paulus d̄r os tube. Ista ē illa tuba de qua zech. 9. Dns  
in tuba canet rc. Et cōpetit qd̄ d̄r Ela. 5.8. Quasi tuba  
exalta vocē tuā rc. A dignitatē auctoritate q̄ apls rc.  
Alii tria ponunt. Primo q̄ sit legat⁹. vñ d̄r apls. i. p̄n-  
cipaliter missus. Soli enim duodecim apli electi misi sunt  
a xp̄o. Luc. 9. Elegit d̄r uocat̄ quos ⁊ apls rc. Alij at̄  
discipuli nō misi sūr p̄ncipaliter sed iecidarto. Et inde ē  
q̄ apostolis succedit̄ epi qui h̄nt sp̄ale curā gregis dñi  
Alij aut̄ sacerdotes succedit̄. lxxij. discipulis qui gerūt  
vices comissas sibi ab epis. Est ergo ei⁹ dignitas. quia  
apl. 1. Cor. 9. Si alijs nō sū apls sed tñ vobis sūz rc.  
Gal. 2. Qui opatus e petro. rc. S̄i quare vocat se hic  
apli dicentes. Paulus apls cū in epla ad romanos scri-  
bat se seruū. Ro bni⁹ ē q̄ romanos reprehendit de diſen-  
ſione ⁊ ſupbia q̄ ē mater diſenſionis q̄ inter ſupbos ſp̄  
turgia ſunt. An̄ vt eos reuocet a diſenſione inducit eos  
ad humilitatē vocādo se seruū. Corinthiis vero erāt perti-  
naces ⁊ rebelles: ⁊ id vt reprimat eoz pteriā vius eſt  
hic nole dignitaris diſces ſe aplm. Scđo ponit cuius  
ſit legat⁹: qz̄ iſeu xp̄i. Ifra. 5. P̄o xp̄o legato fungimur  
Tertio ponit modus quo adeprus ē legationē: qz̄ nō  
ingessit ſe vt pteſto. Jere. 23. Nō mittebā eos et iſi cur  
rebāt. Nō eſt dar⁹ p̄plo ex diuino furore: iuſta illud iob  
34. Qui facit regnare ypocrītā rc. Oſee. 12. Dabo tibi  
regē. ſed in furore meo. Est adept⁹ apolotatū exvolunta  
te dei ⁊ bñplacito Act. 9. Uſas electois ē mihi iſte. Et id  
dīc. p̄ volūtātē dei. Perſonā tā adiuncta ē thimothē. An̄  
dicit. Et thimothē frat. Frater in q̄ ppter fidē Ma. 23.  
Oes vos fr̄s eſtis rc. Et ppter dignitatē q̄ epos: ⁊ in-  
de ē q̄ papa vocat oes epos fr̄tates. Cōnumerat autem  
ſibi thimothēu qz̄ cū ip̄e transiſſet p̄ eos ſicut dixit i pri-  
ma epla vltio capitulo poſſent credere q̄ malicioſe reti-  
liſſet apollo ea de quib⁹ ip̄e ſcribit ad eos. Cōſequē-  
ter ponunt p̄ one ſalutatē ⁊ primo p̄ncipales. Scđo adiū-  
cte p̄ncipalib⁹ in hoc q̄ dicit. Ecclei dei q̄ ē tot⁹ popu-  
lifidelis tam cleruſ ⁊ laic. 1. Thi. 3. Ut ſcias q̄ opos-  
teat te cōuerſari. Que ē corinthi qz̄ corinthus erat me-  
tropolis achaie. Sed adiuncte pſone ſūt oes sancti qui  
ſunt vntus ſp̄us sancti grā renati. 1. Cor. 6. Sed abluti  
eſtis ſed ſanctificati rc. Qui ſunt in achaia cui⁹ metropo-  
lis eſt corinthus. Itis aut̄ pſonis ſalutatis optat apls  
bona. Unde dicit H̄ra vobis rc. Et circa hoc duo facit.  
P̄o ponit ip̄a bona. Scđo ip̄o actorē ibi. A deo p̄rc  
rc. Ponit aut̄ iſta duo extrema bona vt in eis intelligat̄  
media. Pr̄mū eſt bonū eſt grā q̄ ē p̄ncipiu oīm bonorū.  
Nā ante grā nibil ē niſi diminutū in nobis. Ultimum  
aut̄ oīm bonorū ē p̄x: q̄ p̄x ē generalis finis mētis. Nā  
qualitercūs p̄x accipiat̄ habet rōne finis ⁊ in glia eten-  
na: ⁊ in regimine ⁊ in cōuerſatione finis ē p̄x. ps. Qui  
poſuit ſines tuos pacē. Quis aut̄ ſi actor̄ hoꝝ bonorum  
oſtendit: ſubdēs. A deo p̄rc rc. Et hec duo poſſunt du-  
pliciter diſtingui q̄ euz dicit: a deo p̄rc. p̄t intelligi p̄  
tota trinitate. Nā licet pſona p̄ris dicat p̄ xp̄i p̄ naturā  
tñ tota trinitas ē pater noster p̄ creationē ⁊ gubernatōe  
Ela. 6.3. Et nū dñe p̄r noster es tu. Jere. 3. P̄rem vo-  
cabis me. A deo ergo p̄r nro id eſt a tota trinitate pro-

ueniuit bona. Mat. 7. Si vos chiſtis mali rc. S̄i de⁹  
pater noster accipiat̄ p̄ tota trinitate quare addit̄ perso-  
na filii cū dicit. Et dño iſeu xp̄o: nunqđ ē alia pſona a tri-  
nitate: Dicēdū q̄ addit̄ nō ppter alia pſona ſz p̄ opter  
alii naturā ſz huāitatis allūpte a filio in pſona diuina  
quā quidē trinitati cōnumerat. qz̄ oīa bona pueniuit no-  
bis a trinitate p̄ incarnationē xp̄i. Et p̄lo grā. Joh. 1.  
Gratia ⁊ veritas rc. Scđo pax. Ephe. 2. Ip̄e ē pax nrā  
rc. Itē cū dicit A deo p̄r nō ſt: p̄t intelligi persona  
patris ſolū: ⁊ licet tota trinitas ſit pater noster vt dicti ē  
tñ pſona p̄ris ē pater noster p̄ appropriationē: t̄ ſic hoc  
q̄ dicit. Et dño iſeu xp̄o: intelligit̄ ve pſona filii. De pſona  
aut̄ ſp̄us sancti nō ſit hic mētior: qz̄ ſicut dicit Aug.  
Cū ſit nexus p̄ris ⁊ filij vbi cūq̄ ponit pſona p̄ris ⁊ pſona  
filij intelligit̄ persona ſp̄uſanci.

## Lectio secunda.

Enedictus de⁹ ⁊ pater dñi nr̄i iſeu

b xp̄i. pater misericordiæ ⁊ de⁹ toti⁹  
cōſolatiōis qui cōſolat̄ nos in omni  
tribulatiōe nr̄a. vt poſſimus ⁊ iſi consolari  
eos qui in omni pſlura ſunt p̄ exhortationē  
qua exhortamur ⁊ iſi a deo. qm̄ ſicut abun-  
dant paſſiones xp̄i i nobis. ita ⁊ p̄ xp̄m abū  
dat cōſolatio noſtra.

Hic incipit eplam in qua apollo duo facit. P̄o eſt  
excusat le de eo q̄ non iuerat ad eos ſicut p̄miserat. Se-  
cundo p̄lequit intentionē ſuā ca. 3. ibi Incipim⁹ iterum  
rc. Circa primū duo facit. Pr̄mo ponit excusationē de  
mora. Scđo more assignat cām ſecondo ca. ibi. Statui at̄  
rc. Circa primū duo facit. P̄o eſt reddit eos beniuos-  
los. Scđo excusationē ponit ibi. Et bac confidentia rc.  
Circa primū duo facit. P̄o captat eoz beniuolentiā  
recitando quedā ſi generali. Secundo qdā i ſp̄ale ibi. Nō  
eſt rc. Beniuolentiā aut̄ eoz captat apollo ſuōdēdo  
q̄ q̄cūd facit totū ſit ad eoz vtilitatem. Et circa hoc  
duo facit. P̄o p̄mittit vtilitātē que ex ip̄o alijs puenit  
Scđo rōnem eoz assignat ibi. Qm̄ ſicut habundat ⁊ rc.  
Circa primū tria facit. P̄o eſt ponit grāſactio. Se-  
cundo actiōis grāſ modus ibi. Qui cōſolat̄ rc. Tertio  
cā ibi. At poſſim⁹ ⁊ iſi cōſolari. Agit ergo grāſ toti⁹ tri-  
nitati a qua puenit oīe bonū. Et id dicit. Benedic⁹ de⁹  
id eſt tota trinitas. Itē perſone p̄ris cū dicit. Et p̄ dñi  
noſtri iſeu xp̄i p̄ quē ſz. xp̄m: pater nobis oīa donauit.  
Sed ſciendū q̄ nos benedicim⁹ deū ⁊ de⁹ bñdicit nobis  
ſed aliter ⁊ aliter. Nā dicere dei ē facere. ps. Dixit ⁊ fa-  
cta ſunt. Nā benedicere dei ē bonū facere ⁊ bonū inſun-  
deret ⁊ ſic habet rationem causalitatis. ⁊ ſc̄. 1. ⁊ 2. 22.  
Benedicēns benedicat̄ tibi rc. Dicere autem noſtrum  
non eſt cauſale ſed recognoscitium ſeu expreſſiu. Un-  
de benedicere noſtrum idem eſt qd̄ bonuz recognoscere  
Cum ergo gratias agimus deo: benedicimus ſibi id eſt  
recognoscim⁹ eū bonum ⁊ datorem oīm bonorū. Tob.  
12. Benedicite deū celi rc. Dañ. 3. Benedicite omnia  
opera rc. Recte ergo gratias agit pari quia misericors  
eſt. Unde dicit. Pater misericordiū. Et quia conſola-  
tor. Unde dicit. Et deus totius consolationis. Et agit  
gratias de duobus quibus homines maxime indigent.  
Pr̄mo enim indigēt vt auferant̄ ab eis mala: ⁊ hoc fa-  
mia que auferit miseriā: ⁊ misere ē p̄prium patris. ps.  
Quomō misere pater filioꝝ. rc. Scđo indigent ⁊ ſu-  
ſtentē in malis q̄ adueniunt̄. Et illud ē p̄prie cōſolari:  
q̄ niſi hō haberet aliquid in quo quiesceret cor eius q̄n  
ſuſgeniuit mala nō ſuſſisteret. Tunc ergo alijs conſola-

# Explanatio sancti Thome

ter aliquē qđ affert ei aliqđ refrigeriū in quo quiescat in malis. Et licet in aliquibus malis hō possit in aliquo cō solari & quiescere & sustentari in solus deus ē qđ nos consolatur in oībus malis: ideo dicit. Deus totius cōsolatiōnis: qđ si peccas cōsolat te deus qđ ip̄e misericors est. Si affligeris cōsolat te vel eruēdo ab afflictione per potentia suā vel iudicando p̄ iusticiā. Si laboras cōsolat te remunerādo h̄en. 15. Ego merces tua r̄t. Et iō dicit Mat. 5. Beati qui lugent r̄t. Materia autem gratiarū actionis subdit dicens: Qui cōsolat te. quali dicat. P̄d̄ benedictus qđ consolatur nos in omni tribulatiōne infra 7. Qui cōsolat te. Cām autem huius ponit cum dicit. Et possimus & ipsi cōsolari. Ubi notandum est qđ in dōis dīnis ē ordo. Ad hoc enī deus dat aliquibus sp̄alīa dōa ut ip̄i effundant illa in vtilitatē alioz. Non enim dat lumen soli vt sibi soli luceat sed vt toti mundo. An vult qđ de oībus bonis nostris siue sint diuitie siue fēla siue potēta siue sapia acerescat aliquip vtilitas alijs. p̄ie. P̄de. 4. An quisqđ grām quā accepit te. Hoc ē ergo qđ apostolus dicit. Cōsolat nos in omni tribulatiōne. S̄z quare nō vt solū nobis hoc sit ad bonū sed vt etiā alijs. p̄sit. An dicit. Ut possimus & ipsi cōsolari eos te. possimus p̄ exemplū cōsolatiōis nostre. Qui enī non ē cōsolator ne scit cōsolari. Eccl. 33. Qui nō ē tempratus qđa scit qui sunt in omni. i. in qualibet p̄fessura. Esa. 61. Sp̄us dñi misit me te. vt cōsolarer omnes lugentes te. Eccl. 48. Cōsolatus ē lugentes te. Possimus dico cōsolari p̄ exhortatiōē ad tolerantia passionū p̄mittendo premia eterna: qua sc̄z exhortamur vos p̄ scripturas & t̄ eternas inspirationes vt patienter sustineamus & alios exhortemus exemplo nostri & p̄ ipsas scripturas. p̄ie. Lox. xi. Ego enī accepi a dño te. Esa. 48. Que audiui a dño. te. Cōposita vtilitate qđ ex aplis alijs puenit: victoriū cōsequēt rōnē assignat dices: Qām sicut abundant. te. Et qđ duo dixerat. i. qđ deus cōsolat nos in omni tribulatiōne & qđ possimus & ipsi te. sicut rōnē horū duorum exponit: & p̄ ostendit quo deus cōsolat nos in oī tribulatiōne. Sc̄do quo cōsolatio nostra cōvertit in cōsolatiōe alioz ibi. Sicut autē tribulamur te. Dicit ergo. Recte dico qđ cōsolat nos in oī tribulatiōne nra qđ fin qđ abundant passioēs xp̄i in nobis & dicit ip̄i. i. inchoate a xp̄o. Eze. 9. A sanctuario meo incipite. In xp̄o enī incepérūt passioēs. p̄ peccatis nra qđ ip̄e p̄cā nra p̄culit in corpore suo sup̄ lignū. p̄ie. 2. Deinde p̄ aplos qui dicebāt Mortificamur tota die. ps. te. Deinde p̄ martyres qui secti sunt tēp̄tati sunt te. Heb. xi. Ultimo ip̄i p̄tōres p̄ suis p̄tōis patienter irā dñi portabūt qđ peccauerunt ei. Vt passioēs xp̄i. i. quas sustinemus ppter xp̄m. Act. 4. Ibant apli gaudentes te. et ps. Propter te mortificamur te. Sicut inq̄ huīusmodi passioēs abundat sic abūdat per christum cōsolatio nostra. ps. Sc̄d̄ multitudinem dolorum te.

## Lectio tertia

Iue autē tribulamur pro vestra exhortatiōe & salute siue cōsolamur p̄ v̄fa cōsolatiōe. siue exhortamur pro v̄fa exhortatiōe & salute qđ op̄atur tolerantiam earundē passionū quas & nos patimur. vt sp̄s nra firma sit p̄ vobis scientes qđ sicut socij passionū estis. sic eritis & cōsolationis. Hō enī volum⁹ ignorare vos frēs de tribulatiōne nra que facta ē in asia. qđ supra modum grauati sum⁹ supra virtutem. ita vt te

deret nos etiā viuere. Sed ip̄i in nobis p̄p̄is responsū mortis habuim⁹. vt nō sim⁹ fidētes in nobis. sed in deo qui suscitat mortuos qui de tantis pīculis nos eripuit eruit in quē speram⁹ qđ adhuc eripiet adiuuātibus vobis in oīone p̄ nobis. vt ex multa rū p̄sonis faciez eius que in nobis ē donatiōnis. p̄ multos ḡe agantur pro nobis.

Postqđ apls ostendit qđ de cōsolatē seruos suos in tribulatiōnib⁹ sc̄z ministros fidei & p̄dicatores sc̄z p̄sequēter manifestat qđ eoz cōsolatio cedit ad bonū alioz. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat qualiter eoz cōsolatio sit ad alioz vtilitatē & salutē. Secundo ordinem huius cōsolatiōis & salutis insinuat ibi. Que operātur tolerantia te. Circa primum aduertendum ē qđ tria dicit apls se recepisse. T̄ribulatiōz cū dicit. In omni tribulatiōne vestra: cōsolatiōē cū dicit. Qui cōsolat nos Exhortatiōē cū subdit. Ut possim⁹ & ip̄i te. Accipiendo ergo hec tria passiue dicimus qđ apli cōsolant tribulant & exhortant. Unde & tria oīndit apls cedere ad cōsolatiōne alioz: hoc in quodā ordine. Et p̄io eoz cōsolatiōne cū dicit. Sicut inquit tribulamur te. quasi dicit: vere quicquid recipimus est in bonū vestrū. Qām siue tribulamur p̄ vestra exhortatiōe & salute: qđ sc̄z nostro exemplo moneret vos de⁹ ad passionū tolerantia: vnde p̄uenit vobis salus eterna. Unde p̄mi Macha. 6. legit. Qđ ostēderūt elephantis sanguinē vue & mororum: vt acuererent eos ad bellū. Quod fit quādo tepidis & pigris adhibēt passioēs sc̄o in exemplū. Sc̄do ostendit qđ eoz cōsolatio in alioz vutilitatē cedit cum dicit. Sicut cōsolamur quasi dicit: p̄a nostra cōsolatio qua nos spe p̄ emiū cōsolamur ē ad cōsolatiōne vestrā inquātū exemplo nostro vos etiā eandē sp̄em premij habentes gaudet. Tercio ostendit qđ eoz cōsolatio passiua est ad bonū aliorū dices. Sicut exhortamur p̄ internā inspirationē vel per flagella: hoc ē p̄ vestra exhortatiōne sc̄z vt vos ad maiora a nimemini & salutē spereris. Unde dī. 2. Machab. vlt. & exhortatiōne sermonib⁹ iude. te. Sexto adiūtate autē vos te. Hui⁹ autē cōsolatiōis & salutis ordines insinuat cū subdit. Que operant tolerantia te. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit patientiam habitam in aduersis. Secundo manifestat fructum qui ex patientia proueniunt ibi. Ut sp̄s firma te. Dicit ergo. Dico qđ hec ad vestram salutem cedunt quia salus est vobis in hoc in quantum exemplo nostri estis fortes ad tolerantiam passionum: & vt patienter sustineatis passioēs quas & nos patimur. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Iac. 5. Exemplum accipite fratres mei te. Ex qua quidē patia prouenit vobis fructus: qđ ex hoc sp̄s nostra firma ē p̄ vobis qđ vos efficiamini heredes vite eterne. Ro. 4. Tribulatio patiam op̄at patia vero sp̄s. Greg. 5. Tanto sp̄s in deū solidio: surgit: qđto quis graviora p̄ noīe ei⁹ p̄tulerit. Hā ex passionibus quas sustinet sci dei p̄ xp̄o cōsurgit elis sp̄s vite eterne. Et cā sp̄s hui⁹ ē qđ: p̄sum⁹ sciētes qđ sicut estis socij nra in passionibus eritis socij & cōsolatiōis. i. vite eterne. 2. Timo. 2. Fidelis sermo nā si cōmōrtui sum⁹ & conuiuem⁹. te. i. P̄de. 4. Cōdāctes xp̄i passionib⁹ gaudete te. Cōseq̄nter cū dicit. Hō enī volum⁹ vo s te. Captat eoz beniuolētia recitando qdā i sp̄ali. Et circa hoc tria facit. Primo enī delc̄ribit persecutoēs quā passus ē in asia. Sc̄do sp̄ale ei p̄solatoz collatā ibi. Qui de tantis. Tertio subdit cōsolatiōnis causam ibi. Hā glia te. Dicit ergo p̄mū n̄ solū ea qđ deā sūt de tribulatiōibus i generali bonū

# in epistola II ad Corinthios I

est vos scire: sed nō volumus vos ignorare quia scire est  
vile nobis in quantum exemplo nostri patiētiores es̄tis  
Volumus in q̄ vos ignorare de tribulatione nostra. *rc.*  
*Tren.* 3. *Recor*dare paupertatis mee *rc.* Hec ē illa per-  
secutio de qua legitur. *Aet.* 19. Que facta est apostolo  
ab asiano quodā argentario cōcitanter plebē contra eum  
quā quidē apostolus exaggerat a tribus. Ex loco q̄ in  
asia r̄ hoc ē q̄ dicit. Que sc̄z tribulatio. Facta ē in asia  
id ē apud ephefum q̄ ē in asia vbi debuisset magis hono-  
rari r̄ cōsolari. Ex acerbitate q̄ supra cōsuetudinem hu-  
manar̄ passionar̄. r̄ ideo dicit. Qm̄ supra modū sumus.  
*rc.* Nē supra posse r̄ lō dicit supra virtutē. Sz cōtra. i.  
*Corz.* 10. Fidelis deus qui non patietur vos tempta-  
ri supra. *rc.* N̄deo dicendū q̄ pati supra virtutē pōt in  
telligi dupliciter. Uel supra virtutē naturalez r̄ de hac  
loquit hic supra q̄ deus aliqui pmittit sc̄tos temptari.  
Uel supra virtutē gratie: r̄ de hac itelligit illud. *i. Corz.*  
10. Fidelis deus r̄ rc. supra q̄ nō pmittit aliquem de tem-  
ptari. Et q̄ apostolus loquac̄ hic d̄ virtute naturali ostē-  
dit cōsequētē cū dicit. Ita vt tederet nos viuere. Con-  
stat enī q̄ inter alia viuere magis desiderat. An ergo ē  
tanta psecutio vt r̄ ipa vita reddat tediosa manifestū est  
q̄ ē supra virtutē nature. Et hoc est q̄d dicit. Ita vt. *rc.*  
quasi dicit. Sic crat grauis psecutio vt vita esset nobis  
tediosa. *Job.* 10. T̄ edet aliam meā vite mee. Cōtra *Job.*  
1. Omne gaudium existimat frēs mei *rc.* N̄deo dicēdūz  
q̄ tribulatio pōt cōsiderari dupliciter. Uel fm se r̄ sic ē  
tediosa r̄ vel in cōparatione ad finē: r̄ sic ē locunda in q̄tū  
pter deū r̄ spēi vite eterne sustineat. Et nō solum erat  
nobis tediosa vita sed eram̄ certi de morte. Unde dicit  
Sz ipi in nobis responsū mortis. i. certitudinez mortis  
habuiūm̄ quasi dicit. Sp̄nitia mea dictabat mibi hoc q̄  
deberet mori. Uel aliter responsū mortis. i. ipsa r̄o dices-  
ret r̄ eligeret mori ppter tediū vite. Exaggerat etiā tri-  
bulationē et cā. An dicit. Ut nō simus in nobis. *rc.* s.  
vt reprimat humana superbia. *Jere.* 16. Omne fortitudo  
mea r̄ robur. *rc.* Sed in oībus cōfidam̄ b̄ deo. *Jere.* 17  
Benedictus qui cōfidit in dño *rc.* Et iō dicit. Sz i deo  
qui suscit *rc.* i. *Re.* 2. Dñs mortificat r̄ viuiscitat. Sz  
qdñs nō derelinquit sperantes in sexiō subdit apostolus  
cōsolationē ei factā a dño dicens. Qui de tātis giculies  
*rc.* Et circa hoc tria facit. Prio deserbit cōsolationē p̄-  
sentē cōtra mala preterita. Secūdo cōsolationē futurā.  
Tertio cām spēi. Dicit ergo cōsolati sum̄ a deo qui eri-  
puit nos i pterito de tantis periculis r̄ eruit in p̄senti q̄  
nō cessat liberare. *Esa.* 43. Cū trāsliser p̄ aquas. *rc.* In  
quē speramus qm̄ eripiet r̄ adiecit i futuro *Ecc.* 2. Qui  
tunc r̄ nū sperate in illū. Huins aut̄ spēi cām nobis  
p̄bent or̄ones v̄re. El̄ dicit. Adiuuans vobis nos  
in or̄onibus quas p̄ nobis facitis. *Prouer.* 18. Frater  
qui iuuat a fratre *rc.* *Bo.* 15. Oblecro vos frēs p̄ dñm  
lesum xpm̄ r̄ p̄ charitatē sancti sp̄ni vt adiuuaret me in  
or̄onibus v̄ris. *rc.* Que quidē or̄ones necessarie sūt q̄  
de⁹ multa bona cōfert vniad p̄ces multoꝝ: cul⁹ r̄o est.  
q̄ de⁹ de bonis q̄, cōfert vult exhiberi sibi grās r̄ q̄ mul-  
ti ex hoc teneant ad grāriūactōes: hoc aut̄ si q̄ ex eo q̄  
bat vni ad p̄ces multoꝝ obligat sibi oēs ad quoꝝ preces  
cōfert bonū aliqd vt sic nō solū ille cui cōfert sed etiā ipi  
rogātes grās referat deo. Et hoc ē q̄d dicit. Ut ex mul-  
tarū psonis. Et dicit ex multarū faciez vel quantū ad era-  
tem vel q̄tū ad cōditionē vel q̄tū ad diuersitatē gētium  
vel moꝝ. El̄s q̄ in nobis ē donatiōis. i. p̄ illa donatio-  
ne. s. fidei q̄ in nobis ē. Per multos agan̄ gratie deo p̄  
nobis *Ephe.* 5. Gratiā agentes deo r̄ patri *rc.* Uel ali-  
ter. Ut ex multarū psonis faciez. i. cōditionuz personis.  
Dico el̄s donatiōis q̄ ē in nobis. i. q̄ habēt idē donum

sc̄z fidei vel charitatis. i. ex multis psonis illoꝝ qui sunt  
in fide xpi. Agan̄ *rc.* Et sic fm hāc expositionē per dis-  
uersas facies intelligunt diuersae virtutes vt facies vni⁹  
dicat illa virtus in qua preeminet sicut facies lob patiē-  
tia. facies dauid humilitas r̄ sic d̄ e alijs.

## Lectio quarta.

Am gloria nostra hec est testimoniū  
n̄ um cōscie n̄re: q̄ in simplicitate cor-  
dis r̄ sinceritate dei: r̄ nō in sapien-  
tia carnali: sed in grā dei cōuersati sum̄ in  
hoc mūdo. habūdanti⁹ aut̄ ad vos. Mō em̄  
alia scribim⁹ vobis q̄ que legistis r̄ cognoscistis.  
Spero aut̄ q̄ v̄lq̄ in fine cognoscetis  
sicut r̄ cognoscistis nos ex pte q̄ glā v̄fa su-  
mus: sicut r̄ vos nostra in die domini nostri  
Iesu Christi.

Posita cōsolatione aplō a deo facta post psecutionē: hic  
cōsequenter cōsolationis cām assignat que ē de spe diuini  
auxiliij. Et circa hoc uno facit. Prio pponit causam  
spēi. Sc̄do adducit ad hoc testimoniū eoz quib⁹ scribie  
ibi. Mō enī alia *rc.* Dicit ergo. Dico q̄ speram⁹ adhuc  
eripi a dño r̄ cōsolari. Mā gloria *rc.* quasi dicit: cā hui⁹  
ē bona consīcta nostra. Spes est ē expectatio futurorum  
ex gratia r̄ meritis pueniens. An̄ r̄ circa hoc tria facit  
Prio oñdit gloriā quā habet de testimonio pure sc̄le.  
Sc̄do cām hui⁹ glorie insinuat ibi. Q̄ in simplicitate.  
Tertio manifestat unde pueniat hec cā ibi. Et nō in sa-  
pientia carnali. Dicit ergo. Jo spero r̄ cōfido de deo q̄  
gloria nostra. i. glorior ex testimonio r̄ puritate consīcie  
nostrę: ex quib⁹ securę pōt cōsidere de deo. i. *Jo.* 4. Si  
ez̄ noſtr̄ nō rebhenderit *rc.* *Bo.* 8. Ip̄ sp̄ni testimoniū *rc.* Notandū aut̄ q̄ cōsciente testimoniū vez̄ ē q̄ nō  
decipit. Multi enim exterius videntur boni qui in cons-  
cientia sua nō sunt boni. Et semper durat. Sed non di-  
cit conscientie aliorum sed nostre: quia semper bō plus  
debet stare conscientie sue de se tanq̄ testimonio aliorū  
quod nō faciunt illi qui reputant se bonos ex hoc q̄ alij  
sunt mali nō ex hoc q̄ ipi in veritate boni sint. Et illi qui  
gloriant̄ de bonitate aliquius boni viri qui eis alij affi-  
nitate coniungit. Causam autem huius glorie insinuat  
dicens q̄ in simplicitate *rc.* q̄ cōsistit in duobus. In  
duobus enim cōsistit puritas conscientie: vt sc̄z ea que  
facit sint bona r̄ q̄ intentio facientis sit recta: r̄ ista dicit  
aplō de se. Prio q̄ habet intentionem rectam ad deum  
in oībus suis r̄ lō dicit. Q̄ in simplicitate. i. in rectitu-  
dine intentionis. *Sap.* prio. In simplicitate cordis *rc.*  
*Prouer.* ii. Simplicitas iustor̄. *rc.* Sc̄do q̄ ea q̄ facit  
sunt bona. r̄ lō dicit. Et sinceritate opatōis. *Phil.* prio  
Et sitis sinceres r̄ sine offensa. Unde aut̄ pueniat huius  
glorie causa manifestat subdens: Sed non in sapientia car-  
nali. Hoc pōt dupliciter legi. Primo vt referatur ad hoc q̄d  
immediate precedit sc̄z dei. Et tunc est insinuatiū: vñb  
veniat ei sinceritas r̄ simplicitas: quasi dicit. Multi an-  
tiqui fuerunt sapientes in sapientia terrena sicut ph̄i. Et  
multi iudei pure vixerunt confidentes in iusticia legis:  
sed nos nō in sapientia carnali q̄ fm naturas rerū vel de-  
sideria carnis est sed in gratia dei cōuersati sum̄ in hoc  
mundo. *Bo.* 8. Prudētia carnis mors ē *rc.* prie *Corz.*  
2. Mō in p̄suasibilib⁹ humane *rc.* prie *Corz.* 19. Gratiā  
dei sū id q̄d sus. Uel etiā fm hunc modū. Mō in sapientia  
*rc.* i. nō quasi innixus humane sap̄ie sc̄z grā dei *Prouer.* 3.  
Ne innitaris prudentie tue. Elio mō pōt exponit hos

# Explanatio sancti Thome

qd dicit simplicitate. Et referat ad puritatem vite. hoc vero qd dicit Ioh i sapia. Et referat ad veritatem doctrine qsi dicat. Sicut vita nostra est in simplicitate et sinceritate deis: sic doctrina non in sapientia carnali sed in gratia dei. Sed tñ due prie magis valent. Et licet sic bñ conuersati simus in mundo isto: tñ abundantur qd tuz ad vos. qd scz ab alijs ecclias receperat sumptu ab eis no. infra. ii. Alias ecclias expoliauit. Et rō hui pōt eē: qz auari erāt. vnde ne contristaret eos noluit ab eis recipe sumptu. Consecutus est huius sancte sue conuersationis testimonium eorum innotescens. Ioh em alia. Et quasi dicat. Hec que scribimus vobis non sunt vobis incognita: qz iam legitim ea in prima epila et cognovisti p experientia operz. i. Jo. 2. Ioh mandatum nouum. Et licet non pfecte cognoveritis qz coparatis vobis pseudo aplos: spero tamē qz vscz in finem. s. vite cognoscetis. s. pfecte sicut vscz mō cognovisti nos ex pte. Lii ratio ē: qz cuz quis videt aliquē aliquid bene incipe debet sperare qz sempbñ pfectat. Et quare: qz qui cepit in vobis opus bonum. Et vt dicitur Ioh. i. Et cognosetis qz nos sumus gloria vestra. s. p nos debetis cōscere qz gliam eternam ad quā homo puenit p fidem xpi qz pdicam vobis. Prox. 10. Silia filiorum sunt patres eoz. Ita dico sumus glo: ia vestra sicut et vos nostra gloria estis: qz p vos a nobis instructos bre spes ramus pmiū eterne glie. i. Theb. 2. Que ē spes nostra aut corona glie nostre: nō vos. Et hec gloria erit nobis ex vobis in die dñi nostri iesu xpi. i. in die iudicij qui dicuntur dies xpi: qz tunc faciet voluntatem suā cū peccatis puniendo eos qui in hoc mundo fecerunt voluntatem suam peccado. ps. s. u accepero tēpus ego iusti. Et Apoc. 20. Libri aperti sunt. Et

## Lectio quinta.

e T hac cōfidentia nolui prius venire ad vos vt secundā grām haberetis et p vos transire in macedonia. et iterū a macedonia venire ad vos et a vobis deduci in iudeā. Lū ergo hoc voluisse: nunq̄ leuitate vscz sū. Aut qz cogito sū carnē cogito ut sit apud me: ē et nō. Fidelis aut deus qz sermo noster qui fuit apud vos: nō est in illo. est et nō: sed ē in illo ē. Dei em fili iesus xps qui in vobis p nos pdicat est. p me et siluanū et timotheū: nō fuit in illo ē et nō: sed ē in illo fuit. Quotquot em pmissioes dei sunt in illo ē: ideo et p ipm amē deo ad gliam vestram. Qui aut cōfirmat nos vobiscū in xpo et qui vnxit nos de: et qui signauit nos et dedid pignus spūs i cordib nostris. Ego aut testē deū inuoco in aiam meā: qz parcēs vobis non veni ultra corinthum: non qz dñia mur fidei vestre: sed adiutores sumus gaudi vestri. Nam fide statis.

Aplo captata beniuolētia corinthiorū: sequēter excusationē suā addit. et circa hoc tria facit. pto cili ponit intentū. Scđo sub qnē accusationē ptra eū ab eis factam exponit ibi. Lū ergo hoc. Et tertio excusat se ibi. Fidelis aut de. Circa p: mū sciendū ē qz aplo in pria epistola quā nos n̄ habem⁹ missa ab eo corinthis vel p: mū pmisserat eis qz pto iret ad eos anq̄ iret in macedonia et p eos iret in macedonia et inde itē rediret in achaia.

Poſtq; tractauit de bonis ministris xp̄i et fidei: consequēter aplūs inuehitur cōtra falſos ministros et pseundo prophetas. Et primo inuehit contra eos. Scdō vero cōtra illos qui decepti ab eis adhēberat eis in. 15<sup>o</sup>. capi. ibi. Ecce. 3<sup>o</sup>. rc. Circa primū duo facit. Primo excusat se de eis que imponūt sibi per rationē. Scdō vero per facti eiusdentiā ibi. Que autē scdm faciem sunt rc. Circa primū duo facit. Primo recusat se excusat per experimentū cū tamē posset. Scdō vero excusat per rationē ibi. Qui arbitrantur rc. Circa primū tria facit. Primo premit obsecrationē. Scdō interponit illud quod imponēt sibi a pseundo ibi. Qui in facie quidē rc. Tercio recusat experimētū ibi. Bogo autē ne. 11. Dicit ergo. Ipse ego autē paulus qui vos et alios ad elemosinas exhortor ego in qz ipē obsecro vos per mansuetudinē et modestiā xp̄i. De mansuetudine xp̄i habet. Mat. 11. Discite a me quia mitis sum rc. De modestia Sap. 11. Omnia in numero pōdere et mensura disponiſti rc. Modestia em̄ nihil aliud est qz modū seruare in agendis. Facit autē specialiter hic mentionē de mansuetudine et modestiā xp̄i. quia pseundo et corinthijs specialiter imponebat paulo qz cū esset presens apud eos cōuersare humiliter. et cū esset absens scriberet eis valde dure. Et ideo posuit illa duo que xp̄s habuit ut sciant qz apostolus hec etiā ostendit et seruauit exēplo xp̄i. Et ideo consequenter interponit viciū sibi impositū: vicens. Egopse paulus id est vere humiliis. quia paulus humiliis et quietus interpretat. 1<sup>o</sup>. corinth. 15. Ego sum minus rc. Quād ego ipē. id est vere paulus. ps. Tu quidē ipē es. Ecc. 19. Et qui nequerit humiliari se rc. Et iacob. 3. Abi zel⁹ et pteſto ibi in cōstantia rc. Ego in qz obsecro qui in facie id est exterius ut dicatis humiliis sum inter vos. id est humiliiter cōuersatus cū sum vobis presens: absens autē. id est cū sum absens a vobis quād scz non timeo ledi ab aliis quo vellū confido in vobis. id est cōfidenter ago asperē vobis per epistolā scribens. Proverb. 28<sup>o</sup>. Justus quasi leo cōfidens rc. Conseguenter cū dicit. Bogo autē rc. recusat sumere experimentū. isti em̄ credebant qz apostolus ex timore ductus cōuersari humiliiter iter eos et ideo dicit. Vos ita creditis sed ego rogo vos qui qz ipē obsecro ut velitis experiri virū ego si necesse sit faciā in presentia quomō facio in absentia. Et ideo dicit. Ne presens. id est cū fuero apud vos audeat facere in vobis si necesse sit per eam cōfidentiā. id est ita cōfidenter sicut existimor a vobis audere. id est audacter et cōfidenter agere in quosdam incorrectos dure reprehēdēdo per lras etiā corrigendo. Job. 39. Exaltat audacter rc. Deinde excusat se per rationē dicens. Qui arbitrantur rc. Quasi dicit. Et licet noli experimēto me excusat ppter vos tamē ratio in promptu est ad excusandum me sufficieret. Circa hoc ergo tria facit. Primo ponit causā quare imponūt ei quod dictū est. Secundo destruit causam illā. Tercio cōfirmat per rationē. Causam autē quare hoc sibi imponit scilicet qz presens sit humiliis: absens autē seuerus et austerus est. quia isti arbi trabat apostolū fīm carnē ambulare. Et quia vnuſquisq; scdm regulā operis operat: finis autē habet rationē regule. quia quilibet dirigit opus sibi ad finem quē intendit. Qui ergo ponit finem suū in bonis carnalibus dicuntur ambulare scdm carnem. Et inde est qz ita regulant opera sua ut cōsequantur ea que sunt carnis. que quidē qz possunt subtrahit ab hoībus ideo hoīes qz carnalia intendit blāde se habēt ad hoīes et humiliiter. Et ideo qz credebāt aplū ambulare fīm carnē. ideo credebāt qz ppter hoc humiliiter puerat sit inter eos. Sed hec rō nulla est et vana. et ideo

# Explanatio sancti Thome

destruit eam vices. In carne enim te. quasi dicat: quod nos si mus in carne non possumus negare quod. Bo. 8. dicit. Debitores sumus carne te. sed quod nos regulemur secundum carnem ponendo in bonis carnalibus fine sive intentione nostrae hoc est falsum. quia non secundum carnem militamus. id est visitam nostram que est quedam militia ut dicit Job. 7. non regulamus secundum carnem. Et quod non militemus secundum carnem. probat enim dicit. Nam arma nostra te. Et primo ex militaribus armis sicut unusquisque pugnatur habet arma accommoda militie et pugne sive. Sed constat quod arma eorum qui pugnant secundum carnem seu militiam sunt diuitiae. voluptates. honores et potentiae mundane et tempales. cum ergo arma nostra non sint butus mortis: quia arma militie nostre non sunt carnalia. sed potentia deo id est secundum deum vel ad honorem dei. Ergo nos non militamus secundum carnem. Secundo vero cum dicit ad destructionem te. Ponit virtutem armorum spiritualium. quoniam quidam virtus patet ex triplici effectu eorum. Primus effectus est quod per ipsa arma confunduntur rebelleres. Et tertius ad hoc dicit. Ad destructionem munitionem. Quasi dicat. Bene sunt potentiae deo ut destruant rebelleres. infra Tertium. Ut sit potens exhortari te. Jer. 1. Ut euellas et destruas te. Munisit autem se aliqui contra deum duplicititer. Aliqui astutis consilii sicut sunt tyranni qui machinatur prauis consilii suis destruere que dei sunt. ipso tyrannizent. Et quantus ad hoc dicit. Consilia destruentur. scilicet tyrannoꝝ. Job. 5. Qui apprehendit sapientem te. Aliqui vero per superbia vel altitudinem ingenii. propter. Et quantus ad hoc dicit. Et oem altitudinem scilicet sue superbie. Bo. 11. Non alta sapientes te. id est superba. Sive profunditate intellectus tam legisperitorum et philosophorum. Bo. 8. Neque altitudo neque profundus Esaias. 5. Ut qui sapientes essent in oculis vestris. Altitudinem dico extollentem aduersus scientiam dei scilicet fidem quodam est scientia dei que deo dicuntur impugnat. scilicet partu virginis et alla dei mirabilia. Esaias. 11. Repleta est terra scientia dei. Apoc. 3. Quia dicit altitudinem satanae. Apoc. 3. Qui non cognoverunt altitudinem satanae. Bo. 11. Noli autem sapere sed time. Secundus effectus est conversionis infidelium ad fidem. Et quod ad hoc dicit. Et in captiuitate redigentes te. quod quidam fit quodam id quod homo scit totum supponit ministerio Christi et fidei. ps. Ad alligandos reges eorum in coperibus te. Eccl. 6. In hunc pede tuum in coperedes illi id est in documenta fidei te. Tercius effectus est correctio peccantium. Et quantus ad hoc dicit. Et in promptu habentes id est promptu et liberum animuhabentes ad puniendum oem inobedientiam. ps. Gladii incipites in manibus te. Et hoc erit cum impleta fuerit vestra obedientia. id est cum vos perfecte obedientes eritis. quia si vos velitis obedire non erit nobis locus puniendi inobedientiam aliorum et vestrum. Tel tunc vescemur vos de inobedientia quodam impleta fuerit obedientia vestra. et quodam destruet inobedientia vestra. contraria enim contrariis curant.

## Lectio secunda.

Ut autem secundum faciem sunt videte.

Si quis dicit Christi esse hoc cogitet ite. ruzapud se: quia sicut et ipse Christi est: ita et nos. Nam et si amplius aliquid gloriarum fuero de potestate nostra quam dedit nobis dominus in edificatione et non in destructione vestram non erubescam. Ut autem non existimet tantum terrere vos per epistolas. Quoniam quidam epistole inquit graues sunt et fortes presentia autem corporis infirma et sermo contemptibilis hoc cogiter qui eiusmodi est. quod

quales sumus verbo per epistolas absentes tales et presentes in facto. Non enim audemus inserere aut comparare nos quibusdam qui se ipsos commendant. sed ipsi in nobis nosmetipos metentes: et comparantes nosmetipos nobis.

Supradicte excusat se apostolus per rationem: hic excusat se per facti evidentiem. Et circa hoc duo facit. Primo enim committit auditoribus iudicium sua excusationis. Secundo prosequitur suam causam ibi. Si quis confidit te. Dicit ergo primo. Licer appareat per rationem falsorum esse quod imponunt mihi pseudorati. si aliqui sint inter vos qui ratione non vincant et noluerint ratione acquiescere sententie videte. I. considerate ea que sunt secundum sententiam faciem. I. in manifesto apparuit de me evidenter. Committit autem eis iudicium cause sue ad ostendendam se curitate cordis sui. Job. 6. Respondete obsecro absque contradictione. Sed contra Job. 7. Molite secundum faciem iudicare. Non ergo bene dicit hic: Que sunt faciem sunt videte. Respondere dicendum est quod ibi accipit secundum faciem propter his que exteriorum apparuit in homine scilicet propterea veritatis apparentia: hic vero propter ipsa veritate euangelica et aperta veritate secundum que non debet homo iudicare. quia aliquando contrarium latet in corde. Unde dicit Mat. 7. Aenam ad vos in vestimentis ouium intrinsecus te. Hic vero accipit secundum faciem propter sententiam secundum faciem. id est pseudo. Videte. id est attendite. Quasi dicat. Considerate facta eorum quia impossibile est quod inter multa bona que pretendunt non faciat aliqua ex quibusc poteritis cognoscere intentionem ipsorum pravae Mat. 7. Ex fructibus eorum te. Consequenter cum dicit. Si quis autem confidit te. pseuodum causam suam. Contingit autem quod aliquis mouetur propter aliquem deceptum auctoritate alicuius quod est magnus facit. Et sic corinthii comoti erant contra apostolum decepti a pseudo. qui se dicebat maioris auctoritatis et paulus quia venerabatur a iudeis et quia erat primo convertitus. Et ideo apostolus duo facit. Primo evanescat auctoritate illorum pseudorum. Secundo prosequitur causam suam ibi. Ut autem non existimet te. Circa primum duo facit primum ostendit quod pseuodo non sit ibi preferendus. Secundo et ipse est preferendus eis ibi. Nam et si amplius te. Dicit ergo. Hoc inquit secundum faciem videte. Quis de pseudo confidit se christi esse propter aliquid magnum quod fecerit: vel propter aliud quod donum spirituale quod a Christo receperit: hoc cogite apud se. id est consideret diligenter in corde suo quia sicut ipse Christi est. ita nos. Quasi dicat. Quicquid inuenimus in eis totum inuenimus in nobis unde debemus dici et esse Christi. I. corinth. 7. Puto et ego spiritum Christi habeo. Rom. 8. Siquis spiritum Christi non habet hic non est eius. Non solus autem nos sumus Christi sicut et ipse: sed multoplerum possimus gloriari quod sumus Christi et ipse. Et hoc est quod dicit. Nam si amplius et Christi gloriarum fuerit de potestate nostra quoniam scilicet potestate dedit mihi dominus. Act. 9. Gas electionis est mihi iste. Gal. 2. Qui operatus est petrus te. Dedit in Christi potestate hanc specialiter ad conuertendum gentes in edificationem ecclesie et non in destructionem: sicut facilius pseuodo abutentes potestate eis data in contrarium ad quod vasta est. Nam licet potestas debet in edificatione ecclesie in fiducia caritatem. isti tamen querunt gloriam suam et non Christi et ideo destruitur. Et hoc faciebat predicando obseruari legalia et faciendo questum. Si ergo amplius gloriari de hac potestate quod habeo et in qua gloriam Christi quero et non mea non erubescam scilicet de humeris commendatione mea quod non facio ad ostendendum me sed causa necessitatis scilicet ut ostendens auget me esse magnam et pseudo nullam non decipiatur ab eis decetero. Ceterum non et secundum greco. duabus de causis potest se aliquis premeditare

# in epistolam II ad Corinthios. x

absq; peccato scz quando aliquis provocatur obprobrijs et conculcaet. Et hoc vt non desperet videns se conculcari et vt confundet aduersarios. Sic Job comendauit se multū sicut patet. 27. capi. vnde dicit. Neq; enim reprehendit me cor meū in omni vita mea rc. Itemquādo aliquis predicens. veritatē: et alius aduersarius veritatis contradicitor debet se commendare et ostendere auctoritatē suā vt cōfutet illum et vt trahat auditores ad veritatem. Et hoc facit aplus in multis locis et hic etiā. Consequēter cū dicit. Ut autē nō existimet rc. plēisque causā suā ex facti evidētia. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit falsū esse qd si bi imponēt. Seco rationē dicti assignat. ibi. Non em autemus rc. Tercio exponit rationē ipsam. ibi. Nos autē non rc. Circa primum sciendū est qd sicur dictū est imponeba apostolo qd in pntia esset humilis propter timorē vel ppter gratias et favore captandū: in absentia dure scriberet eis. Et ideo dicit aplus qd nō est ita. sed si bene volūt cōsiderare que apparēt ita inueniēt cū facto quālē habuerūt scripto et hoc possunt experiri si volūt. Et hoc est qd dicit. Ut autē non existimer a pseudo seu a vobis tanq; tererē vos vel timorē vobis lauterē per eplas nrās quas vobis mittim⁹ quē qdē timorē nō incutiebā vobis in pntia. Et hoc ideo est qm̄ ipli scz pseudo inquit. eplē scz pauli graues sūt. i. dure et grauitate puniētes et fortes. i. ablos timore sed pntia non talis mō infirma. i. debilis et humilis qd responderet ei qd dicit fortes. et sermo. i. predicatione sua. et colloquio et exhortatione contēptibilis qd respōdet ei qd dicit graues. Sed qui est hmōi. i. qui talia dicit de nobis cogiter. i. sciat certe qd quales sumus rc. id est tales erim⁹ plentes cū venimus ad vos quales sum⁹ per eplas absentes si necesse fuerit. Quare autē locutus fuerit sibi plana et p̄dicauerit eis nō subtilia insinuat. 1. corinth. 3. dicens: Lanq; parvulis in xp̄o lac potū dedi vobis rc. Nonē em erant capaces altioris doctrine. Consequēter cū dicit. Non em autemus rc. ostendit rationē dicti sui dices. Dico qd nō sumus similes pseudo. nec etiā est ver⁹ qd imponit nobis qd ego non dico alia et facere est necesse. Et ideo dicit. Non em autemus nos inserere. i. dicere nos esse vnu ex eis aut cōparare. i. simile facere quibusdaz scz pseudo qui seip̄os vobis tantū cōmendant. et tamen ab aliis et a factis suis non cōmendant. Contra illud prouer. 27. Laudet te alienus et nō os tuū rc. Sed ipli in nobis rc. id est scdm ea que sunt in nobis cū mensuramus facta nostra et dicia. Quasi dicat. Illa dicimus de nobis que sunt p̄portionata nobis id est cōmensurata factis nostris Hal. vlti. Unusquisq; opus suū p̄bet rc. Sed cōtra. 4. dicit. Cōmēdantes nosmetip̄os ad oēm conscientiā rc. Ergo nō bene dixit. Respondeo. dicendū est qd aliud est cōmendare seip̄os ad cōscientiā: et aliud ad aures. Hā ad cōscientias hominū cōmendamus nosip̄os cum bene agimus. et hoc est bonū. Ad aures autē cōmendamus nosmetip̄os verbis tantū et hoc est malū. Primo mō cōmendant se iusti et aplus. Seco modo pseudo et hypocrite.

## Lectio tertia.

Os autē non in immensum gloriabimur: sed scdm mensuraz regule quam mensus est nobis deus mensurā pertingendi vsq; ad vos. Non em quasi nō pertingētes ad vos supextendimus nos. Usq;

ad vos em̄ peruenimus in euangelio xp̄i nō in immensum gloriates in alienis laborib;. Spem autē habentes crescentis fidei vestre in vobis magnificari scdm regulā nostrā in abundantia etiam in illa que vltra vos sunt euāgelizare nō aliena regula in his que preparata sunt gloriari. Qui autem gloriat in dño gloriet. Non enī qui seip̄m cōmendant ille pbatus est: sed quē deus cōmendat. Supra aplus ostendit rationē eoz que dixerat: hic consequeretur ipam rationē manifestat. Dixerat em̄ qd cōmendabat se sibi: et nō excedebat mensurā suam. Potest autē aliis in glorianto et cōmendando se excedere dupliciter. Primo q̄tus ad id de quo gloria. puta si quis gloriae de eo qd non habet. Seco q̄tus ad id in quo gloria. puta si quis habēs aliquid ex alio gloria in ipo tanq; a se habebet. Et ideo aplus ostendit qd neutro istoz modo excedit mensurā gloriādo vel laudando se. Et primo q̄tus ad primum. Seco quantū ad secundū ibi. Qui autē gloriae rc. Circa primum duo facit. Primo pbatus qd nō excedit mensuram suā quantū ad gloria de preteritis. Seco quantū ad gloria de futuris ibi. Spem autē habentes rc. Circa primum tria facit. Primo pponit intentū. Seco ppositū probat ibi. Non em̄ quasi nō rc. Tercio cōcludit ibi. Nec in immensū gloriates rc. Dicit ergo primo. dico qd metimur et companius nosmetip̄os nobis: faciētes scz fm̄ qd officiū nostrū exigit. hoc autē nos agentes nō in immensū gloriaz mur. i. nō excedimus mensurā nostrā exercendo potestatem nostrā et cōmendando nos. Leviti. 19. Molite facere iniquū rc. Sed gloriāmur fm̄ mensurā qua mēsus est nobis deus. Slo. hoc exponit de mensura p̄latiōis apli et dicit fm̄ mensurā. i. fm̄ mensuratiū mibi a deo populi cuius ego sum p̄tatus et regula ad dirigendū. Sed hoc ldez potest vniuersalius accipi: vt mensura regule dicat quantitas gracie. Et sic est sensus. Sed gloriāmur fm̄ mensurā qua mensus est nobis deus. i. fm̄ q̄titate gracie quā dedit nobis deus. Ephes. 4.º. Unicuiq; data est gracia rc. Que quidē gracia est nobis regularne extollamur et deveniemus a deo. Quā mensus est nobis deus qd quicquid boni facimus: in euāgelizando et in cōuerstione vestra et aliorū. totum est ex deo mibi in vobis et in aliis cōcessum. 1. corinth. 3.º. Ego plātāt. appolo rigavit rc. Mensurā dico pertingendi vlos ad vos. quia vos estis sub mensura gracie mibi date per quā conuersi estis ad xp̄m et obediens euāgelio. Hoc est ergo quod pponit scz qd nō excedit mensurā suam gloriādo et laudando se qd sit eoz p̄latus et qd per eum cōuersti sunt. Et qd ita sit scz qd pertingat vlos ad eos. pbatus consequēter cū dicit. Non em̄ quasi non pertingentes rc. Quasi dicat. Vtere gloriāmur. Non em̄ superextendimus nos in gratia vel in gloria vel in potestate nostra quasi nō simus pertingētes vlos ad vos potestate nostra et ministerio. Hā vlos ad vos peruenimus in euāgelio xp̄i. id est in p̄dicatiōe euāgeliū xp̄i. 1. corin. 4.º. In xp̄o iesu per euāgeliū ego vos genui rc. et supra. 9. Nonne ep̄us meū vos estis rc. Hal. 2. Qui operatus est petro in apostolatū rc. Et ideo cōcludit dicens. Igīt cū glorioz de vobis non glorioz in immensū. Unde dicit. Non in immensum gloriates rc. vbi aliis fundamentū fidei posuisset. Consequēter cum dicit. Spem autē habentes rc. ostendit qd non excedit mensuraz suam quantū ad gloriā de futuro. Sciendū est autē qd p̄dicator potest habere duplex argumentū glorie de p̄dicatione sua. Unū est vt conuersi ad p̄dicationem suam proficiant in melius. Aliud: vt per ipsos conuersos alij

# Explanatio sancti Thome

conuertane qz vt dicit Exodi. 36<sup>o</sup>. Cortina cortinā trahit  
zc. Et apoc. vlti. Qui audiit dicat veni. Nam qn̄ quis vi-  
det alios cōuerti facilius conuertit. Et q̄tum ad ista duo  
aplus sperat augeri gloriā suaz de corinthijs. Primo sez  
de pfectu eoz in melius. Et ideo dicit Dico q̄ nec in im-  
mensum gloriāmur de cōuertere vestra per nos causata  
olim. Sed adhuc habētes sez sumus spez magnificari in  
futuro. i. augeri gloriā nō sit crescentis fidei vestre in vo-  
bis. i. de fide vestra crescēte et pfectiente in melius per bo-  
na opera. 1<sup>o</sup>. Petri. 2<sup>o</sup>. Nec occupiscite vt in eo crescatis  
in salutē zc. Et iterū secundo speramus magnificari in cō-  
uersione alioz per vos. Et ideo dicit. In abundātia zc.  
id est in abundātia pēdicatiōis non solum in vobis. sed eti-  
am in illa loca que ultra vos sunt. et hoc sū regula nō tam  
id est sū in iunctū est nobis a xp̄o. nō solum euangelizare  
vobis sed oībus gentibus. Mar. vlti. Euntes in mundū  
vniuersū zc. Nec tamē sumus habētes spem in aliena re-  
gula. i. nō speram<sup>o</sup> gloriari nec gloriāmur in aliqua alie-  
na regula. Quasi dicat. Non in illis que p̄parata sunt ab  
alijs. i. quos alijs duxerūt ad fidez. sed faciā fructū in illis  
in quibus ab alijs nō est pēdicatiū. Rom. 15. Pēdicauit  
euangeliū hoc nō vbi noīatus est xp̄us. Contra est q̄ pe-  
trus pēdicauit rōme anteq̄ pēdicaret ibi paulus. Nō sic  
dicendū est q̄ nō dicit hoc: recusans pēdicare vbi alijs p̄-  
dicasset. sed dicit q̄ intendit pēdicare etiaz vbi non p̄-  
dicasset aliquis. Consequēter cū dicit. Qui autē gloria-  
tur zc. ostendit q̄ nō excedit mensurā suam quantū ad id  
in quo gloriā dices: Quia si ego glorioz in eo in quo glo-  
riandū est non excedo. Cuz autē gloriandū sit in deo: qui  
gloriaz in dño gloriāt. Jer. 9. In hoc gloriāt qui gloriaz  
zc. Potest autē hoc exponi tripliciter. Uno modo in do-  
mino gloriātur. vt ly domino denoret obiectū gloriandi.  
Quasi dicat. Ex hoc gloriāt et habet vñm amando et co-  
gnoscēdo. Jere. 9. In hoc gloriāt zc. Alio modo gloriāt  
in dño. i. sūm̄ dñi. et hoc modo gloriāt qui gloriaz de his  
que dei sunt et nō de malis: sicut ille de quo dicit in ps.  
Quid gloriāris in malitia. Alio modo in dño gloriāt. i.  
vt gloriā suaz reputet se habere a deo: totū quod cedit ad  
gloriā suam referens in dñi. 1<sup>o</sup>. corinth. 4. Quid habes  
quod nō accepisti. Si autē accepisti zc. Et sic accipit hic  
cum dicit. Qui gloriaz in dño gloriāt. Quasi dicat: glo-  
rior de predictis: sed nō quasi hoc a me habeā. sed a deo.  
Et hoc etiā est mensura vestra. quia totū bonū vestrū ha-  
bet ortū a nobis. Et vere in dño debemus gloriari nō no-  
bis imputare gloriā nostrā sed deo. Nam nō est xp̄atus.  
id est coprobatu a deo vel hōib⁹ ille qui scip̄m cōmen-  
dat. Proverb. 27. Laudet te zc. Sed ille quē deus cō-  
mendat. i. cōmendabilē facit bonis opib⁹ et miraculis.  
Nam deus est causa totius boni opis per hōes facti.

## Capitulū vndeclimū.

**v** Tīnāz sustineretis modicū quid  
insipiētie mee. sed supportate me  
Emulor enim vos dei emulatiōe  
despondi enīz vos vni viro virgi-  
nē castam exhibere xp̄o. Tīmeo autē ne si-  
cūt serpens seduxit euam astutia sua: ita cor-  
rumpant sensus vestri et excidant a simplici-  
tate que est in xp̄o iesu.

Postā apostol⁹ excusat se de his que falso imponebā-  
tur sibi a pseudo: hic cōsequenter vt cōfuret eos sez pseu-  
do et redat auctoritatē suā honorabilē cōmendat se cori-  
thijs. Circa hoc autē duo facit. Primo rationē sue com-  
mendatiōis assignat. Scđo ponit suā commendatiōē. ibi.

In quo quis audet zc. Circa p̄imū tria facit. Primo pe-  
tit ut eius insipientia supporset. Scđo subdit nēcessitatē  
sue cōmendatiōis ut nō insipientia videat ibi. Emulorū m̄  
vos zc. Tercio innuit q̄ dato q̄ sit insipientia. supporcare  
debent ibi. Iterū dico ne quis zc. Circa p̄imū duū facit.  
Primo premittit suū desideriū: vt petutio sua facilius ex-  
audiat. Scđo ponit suaz petitionē ibi. Sed et supportate  
me. Desideriū autē apostoli est vt corinthijs sustineat apo-  
stolū cōmendantē se. Et ideo per aduerbiū optandi incipit  
dicens. Ultinā sustineretis zc. Circa qd sciendū est q̄  
præcepta moralia sunt de agēdis que cuī sint particularia  
et variabilitā nō possunt determinari vna cōmuni ratioē et  
regula indefinite: sed oportet q̄nq̄s preter regulā cōmūnē  
aliquid facere in aliquo casu emergere. Quādo autē hoc  
modo fit aliqd preter cōmūnē regulā sapientes qui caūsa  
būi considerat non turbāt nec reputant insipienti faciū  
esse. Indiscreti vero et minus sapientes non considerat ex  
qua cā hoc ita fiat turbāt et reputat stulte factū fore sicne  
pater q̄ preceptū morale est nō occides. Aliqñ tamen ne  
cessit est malos occidere. Et quādo hoc fit sapientes com-  
mendat vel non reputat male faciū. Stulti autē et hereticī  
damnāt dicētes hoc esse male faciū. Quia ergo cōmūnis  
lex moralis est q̄ homo non cōmendat se ipm̄ sū q̄ dicit  
Proverb. 27. Laudet te alienus zc. potest fieri in aliquo  
casu preter hanc cōmūnē regulā ut homo cōmendat se: et  
laudabilitē hoc facit. et tamē indiscreti hoc reputant insi-  
pientiā. Unde cum imineret casus quo apls deberet se cō-  
mendare. hortat eos ad hoc q̄ istud nō reputent et ad in-  
sipientiā dicens. Ultinā sustineretis sez patienter modicū  
insipientiā mee supporato me. Et dicit modicū: quia si cō-  
mendaret se sine causa eset maxima insipientiā. Et iterū si  
cōmendaret se ex causa oīno vrgente tūc nihil eset ibi insi-  
pientiā. Sed quia cōmendat se licet ex causa nō tamē oī-  
no vrgente cū alijs modo posset cofutare pseuso et q̄ com-  
mendat se multū: videt ibi esse aliquid insipientiē. et hoc  
est q̄ dicit. Modicū insipientiā mee. Infra. 12. Factus suz  
insipientiā zc. Et licet sic sim insipientiē. tamē supportate me  
Et hoc debent facere q̄ subditi debet supporcare plos  
et cōcōrso. Gal. 6. Alter alterius onera zc. Ephes. 4.  
Supporcate inuicē in caritate. Mēcessitatē autē cōmē-  
diatiōis ostendit dicens. Emulor zc. Et circa hoc tria fas-  
cit. Primo ostēdit huiusmodi cōmendatiōē p̄uenire ex  
zelō. vt excludat insipientiā. Scđo vicit hunc zelū non ei-  
se inordinatū. vt vitet in discriptionē. ibi. Tīmeo autē zc.  
Tercio excludit eoz excusationē ibi. Nam si is. Circa p̄i-  
mū duo facit. Primo ponit zelū quē habet ad eos sanctū  
quia dei. Scđo ostendit causā huius zelī: quia incubebat  
sibi ex officio ibi. Despōdi vos zc. Est ergo zelus sc̄iōs q̄  
emulor vos. i. diligō vos feruētor dei emulatiōe. i. ad ho-  
norē dei non meū. Circa qd nota q̄ emulatio put est idēz  
quod zelus nō aliud est q̄ quidā motus animi bonus vel  
malus tendentis in statu p̄imi et importat feruēt am-  
oris. Et ideo cōsuevit sic diffiniri. Zelus est amor int̄c̄sus  
nō patiens consortiū in amato. Et si quidē non patiat cō-  
sortiū in aliquo bono. pura. vītī vel alīcūlū imperfēctiōis  
sed singulariter illud solus vult habere. tunc zelus est bo-  
nus et emulatio bona de qua dicit. 1<sup>o</sup>. corinth. 12. Emulatiō  
mini carissimā zc. Gal. 4. Emulatim̄ bonū in bono zc.  
Terti⁹ Be. 17. Zelo zelatus zc. ps. Zelus dom⁹ tue zc.  
Si vero nō patiat cōsortiū in aliqua excellētia vel in ali-  
qua p̄spēritate mūdi. tūc zelus est malus et emulatio ma-  
la. Hoc autē bono zelo seu emulatiōe aliquā quis emulat  
alios p̄ se sicut vir zelat̄ pro vxore sua quā sibi soli vult ser-  
nari. Aliqñ vero zelat̄ aliquis p̄ alio sicut eunuchus ze-  
lat̄ vxore domini sui vt custodiat eā sibi. Sic apls popu-  
lū suū quez videbat parātū ad precipiciū et cuī sponso xp̄o

# in epistolā II ad Corinthios XI

velle prostitus dyabolo emulabatur: ne xp̄s sponsus versus in eis aliquod dyaboli consortiu pateretur. Et ideo dicit dei emulatione Quasi dicat non p̄ me sed p̄ xp̄ q̄ est sponsus. Iohann. 3. Qui habet sponsam sponsus est. 3. reg. 19. Zelo zelat⁹ sum p̄ dño tc. Unde autē apostol⁹ incubebat huiusmodi emulatio ostendit dicens: Depondi em⁹ vos tc. Quasi diceret. Merito vos emulor⁹ dei emulatione. quia ego sum paronymphus huius matrimonij. quod est inter vos et xp̄m. quia ego despondi vos id est feci sp̄salia que sunt p̄ fidē & charitatē. Ecce 2. Sponsabo te mibi tc. Et ideo pertinet ad me custodire vos. Quicquid ergo cōvertit populum ad fidē & ad iustitiam despontet, eos xp̄o. Despondi inq̄ non multis, q̄a que multis adhuceret polluitur. Ie. 3. Tu autem polluta es tc. Sed vni christi scilicet viro perfecto virtutis plenitudine. Zach. 6. Orients nomen eius. Ie. 31. Mōrus faciet dominus super terram tc. Et dicitur christus virvus quia singularis et q̄tum ad modum conceptionis et quantū ad modum nascendi et q̄tum ad gratie plenitudinem. Ecce. 7. Unum de mille tc. Iti inq̄ viro despōdi vos exhibere virginē. Mota q̄ a plurali ad singula redescendit dicens. Desponsau⁹ vos in plurali. et exhibere virginem in singulari. volens ostendere q̄ ex omnibus fidelibus sit vnu corpus et vna ecclia: que debet esse virgo in omnibus mēbris suis. Et ideo dicit virginē castam. In hominibus em̄ accipitur virginitas p̄ integratitate corporis. castitas p̄ integritate mentis. Hā ali⁹ quando aliqua est virgo corpore que non est casta mente. Sic ecclēsia exhibet se xp̄o virginē q̄i p̄seuerat in his et infra sacramenta absq̄ corruptione aliquius idolatrie et infidelitatis Ie. 16. Ad omne caput vie edificavit signum tc. Castam exhibet se quando existit infra sacramenta & in fide xp̄i exhibet puritatē corporis et operis. Ephē. 5. Ut exhiberet sibi gloriosā eccliam nō habentē maculam neq̄ rugā tc. Sed quia corinthi possent dicere non necesse est q̄ custodiās nos & zelus tuus non ē rationalis q̄ nos bene seruabimus nosmetipos. Ideo cōsequenter causam huius zeli ostendit dicens: Tmeo autem tc. Abz sciendū est q̄ in paradise fuit coniugia adaz & eis. Sed ea corrupta fuit per serpentē nō violentē s̄ astute inq̄ tum p̄misit fallū & suasit iniquū. Fallū qdē cum dixit Eritis sicut di⁹ & nequaq̄ moriemini. cū tamē ex hoc ipsi incurserint necessitatē mortis. Iniquū vero vt transgredieretur et preteriret mandatum dei. Et s̄m hāc similitudinē aplū loquens dicit eccliam esse sicut euaz quā dyabolus aliquī p̄secutus est manifeste per tyrānos et potestates. & tunc sicut leo rugiers circuit querēs q̄ē deuoret. vt dicitur. 1. Pde. 5. Aliquando molestat ecclēsiam latenter per hereticos q̄ p̄mittunt veritatem & similant se bonos et tunc sicut serpens seducta astutia sua. p̄mittendo falsa. Et ideo dicit Tmeo ne sicut serpēs euā seduxit a paradise eam eijsiens astutia sua. p̄mitti do falsa. 1. thi. 2. Adam non est seductus sed mulier. Ita id ē per similes deceptions hereticorum corūpant sensus vestri. Et dicit sensus vestri. quia sicut in matrimonio carnali cauet sponsus ne coniunx corrumpat carnaliter. ita apostolus in hoc matrimonio spiritualiter timet ne corrumperatur spiritualiter sensus cordis. 1. cor. 15. Corūpunt bonos mores tc. Vel sensus spirituales de quib⁹ Sāp. 1. Sentite de domino tc. 1. cor. 14. Mōlute pueri effici se fibus. Et excidant a simplicitate q̄ est in xp̄o ieu. Simplex em̄ est illud qd̄ corruptione caret. Pseudo ergo cōponebant vnam sectā ex iudaismo & euangelio mandātes simul cū euangelio seruari legalia. Illi ergo excidunt a simplicitate xp̄i q̄ seducti a pseudo simul cū euangelio seruant legalia: & hoc timebat apostolus de corinthiis.

Ecc. 2. Et peccatorū ingredienti terrā duabus vijs. Et econtra puer. II. Simplicitas iustorū diriget eos.

## Lectio secunda.

Am si is qui venit alium xp̄m predicāt: aut ali⁹ um spiritum accipitis q̄ē non accepistis: aut ali⁹ euangeliū quod non receperistis: recte pateremini. Existimo em̄ nihil me minus fecisse a magnis apostolis. Nam & si imperitus sermone: sed non sciētia In omnibus aut̄ manifestus suz vobis. Aut nū quid peccatū feci meipm humiliās: vt vos exaltemini. Quoniam gratis euāgelium dei euāgelizau⁹ vobis. alias ecclesias expolia ui accipiens stipendiu⁹ ad ministeriu⁹ v̄m. Posito zelo q̄ē ad corinthios habebat apostol⁹. & ostē so zelum esse rationabile: hic consequēt remouet eoz excusationē. Et circa hoc duo facit. Primo p̄ponit eo-ru excusationē. Secundo ḥo remouet eā ibi Existimo em̄ me tc. Circa primū sciendū est q̄ corinthi possent suscipi cari q̄ ideo zelū haberet de eis. quia timet ne dimittant doctrinā suā. ppter doctrinā pseudo: vnde possent dicere constat q̄ minus bona sunt dimittenda ppter magis bona. Ergo si pseudo meliora doceant non debes turbari si acquiescimūs eis. Et ideo hanc excusationē ponit ostendendo q̄ nihil maius q̄ apostolus docet & p̄dicant. Hā apostol⁹ tria p̄dicauit eis & docuit eis. Primo q̄ essent christi. 3. 4. Non em̄ predicamus nosmetipos sed xp̄m ieu. Secundo ḥo haberent spiritū xp̄i. Roma. 8. Si quis spiritū xp̄i non habet: hic non est ei. Tertio vt recipieren⁹ euāgelium xp̄i. Ro. 1. Non em̄ erubesco euāge lium tc. Si ergo pseudo meliora vobis predicarēt vos docerent recte faceretis & excusabiles esetis. Sed hoc non faciunt. Et hoc est qd̄ dicit. Hā si is qui tc. Quasi dicit. Tmeo ne pseudo qui venit ad vos nō missus sed ex se sicut fur & latro Job. 10. Quotquot venerūt fures sunt et latrones. Ie. 23. Non mittebam eos et ipsi currerēt. Ro. 10. Quomodo predicabunt nisi tc. Si inq̄ talis predictor predicit vobis alii xp̄m sc̄s excellētiōem q̄ illū quem nos predicauimus. qd̄ non potest esse. q̄ ut dicitur cor. 8. Unus dñs noster ieu xp̄s per quē omnia tc. Et hoc q̄tū ad primū. Aut aliā spiritū sc̄s meliorem accipitis sc̄s per talē q̄ accepistis sc̄s per nos id est ministerio nostro qd̄ non potest esse quia vt dicitur. 1. cor. 12. Hec omnia operatur vnu atq̄ idē spiritus tc. Et hoc q̄tū ad secundū. Aut predicit vobis aliud euāgelium id est aliā p̄dicationē v̄l doctrinā quā p̄ nos nō receperistis. Gal. 1. Miror q̄ sic cito transferimini tc. Si inq̄ alia et meliora facerent vobis: pateremini id est faceretis excusando vos. Et quia nō potest eis aliud euāgelium id ē me lius tradi. Ideo apostol⁹ excommunicat galathas si ali⁹ euāgelium recipient. Gal. 1. Si quis aliud vobis euāgelizauerit tc. Consequentē cū dicit. Existimo em̄ tc. remouet hanc excusationē. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit q̄ ipse non min⁹ fecit eis q̄ alij. Secundo q̄ plus ibi Aut nunqđ tc. Circa primū tria facit. Primo ostendit q̄ nihil minus fecit facto q̄ alij apli. Secundo inuitet q̄ non defuit ei facultas ad hoc faciendū ibi. Nam & si imperitus sermone tc. Tertio ostendit evidētiā virtutēs ibi In omnibus: utē tc. Dicit ergo. Recte pateremini vos seduci ab eis si melius predicarēt vobis sed hoc nō est verum. Enim id est quia existimo me nihil minus fe-

# Explanatio sancti Thome

esse in his a magnis apostolis id est quod petrus et iohannes quos isti habebat magnos. Et comparat se magnis apostolis. tum quia paulus videbatur et reputabatur ab eis minor quam illi eo quod illi fuerant cum iesu et paulus non tamquam etiam quod pseudo dicebant se missos ab eis. Et ideo ostendit quod se parere magnis apostolos isto quod errorum rem oueret et pseundo confutat. Et non soli nihil minus fecit sed plus. 1. corinth. 15. Plus omnibus laborauit. Et ne forte dicerent ei. unde tibi est facultas ad hoc faciendum cum sis impedita lingue. Ostendit quod ei facultas affuit ex magnitudine scientie dicens: Licet sum imperitus secundum non sum imperitus scientia. 2. Pe. v. lxi. Sicut et charissimus fratres nostri paulus fuit sapientia regis. Sed hoc sciendi est et pseundo querentes gloriam propria et lucra sectantes nitebant attrahere populum per ornata et subtilia et exquisita verba non attendentes nisi soli aures permulcere. A plus vero quia non querebat utilitate propria fuit soli dilatatione fidei Christi et pfectu eius: ita proponebat verbum fidei ut omnes possent capere conformitas se conditioni audientium et capacitati. Unde quia isti in principio non erant capaces a te doctrine propulsit eis fide non in subtilitate sermonis sed eo modo quo capere possent scilicet plane et aperte. Et ideo isti dicebant eum esse imperitum sermonem. 1. cor. 1. Non in sapientia verbi regis. Et propter hoc dicit apostolus. licet sum imperitus secundum ut vobis videtur hoc non fuit ex defectu scientie sed propter vos ex quadam dispensatione quia tanquam paupilis in Christo lac potum dedi vobis regis. Ut dicendum ad litteram et apostolus fuit balbus. et ex hoc pseudo deridebant eum. Et ideo dicitur. Et si imperitus sermonis id est impedire lingue. non tamquam sum imperitus scientia. Exo. 4. Impeditioris et tardioris lingue sunt. Quod autem nihil minus fecerim a magnis apostolis: euidenter apparet per ea que feci vobis. Et ideo dicit. In omnibus predictis manifestatus sum in vobis: qui experti estis quod per me sunt. 1. cor. 9. Signaculum apostolorum mei vos estis in domino. et infra. 12. Signa tamquam apostolorum mei sacra sunt super vos regis. Consequens cum dicit. Aut non quid peccatum regis. Ostendit quod plus fecit quam omnes alii. et hoc quia pre dictauit sine sumptibus. Circa hoc duo facit primo ponit factum. Secundum o causam facti assignat ibi. Quare quia non diligo vos regis. Circa primum duo facit. Primo ostendit factum quodum ad prteritum. Secundo quodum ad futurum ibi. Et in omnibus regis. Factum autem prteritum ostendit duplicit. Primo in generali. Secundo in speciali ibi. Nam gratis regis. Dicit ergo Beate dico quod nihil minus feci ab illis: nisi forte hoc reputatis male et minus factum quia diminui de auctoritate mea non accipiens sumptus a vobis. sed si hoc esset malum minus fecisset. Et ideo ostendit quod non est malum. Et hoc est quod dicit. Aut nunquam peccatum feci id est nunquam peccavi humilians meipsum et diminuit auctoritate mea. Quasi dicit. Non. Ecc. 3. Quia tu maior es regis. 1. cor. 9. Cum esses liber regis. Mat. 18. Qui humiliauerit se regis. Ratio autem humiliationis mee est non propter lucrum proprium sed propter promotionem vestram. Unde dicit. Ut vos exaltemini id est in fide confirmemini. Corinthi autem auarici erant. et ideo si a principio accepisset sumptus forte destituerint a fide. Item pseudo predicatorum propter questum. Ut ergo Corinthi recipierent apostolum et pseudo afferret occasionem questum gratis predicanit eis sine sumptibus propriis. Hoc autem quod dixerat in generali manifestat in speciali ibi. Nam gratis regis. Et factum duo. Primo ostendit quod sine sumptibus predicanit eis in primo aduentu ad eos. Secundo ostendit quod id est fecit in moxa quam apud eos contraxit. ibi. Et cum esses regis. Circa primum duo

facit. Primo proponit quod ostendit scilicet humilitatem non dicens: In hoc humilians meipsum quam euangeli et zauri vobis gratis id est sine sumptu. non autem sine mercede de qua hoc non est laudis. licet enim omnes possent capere sumptus persone ab eis quibus proponunt verbum dei nullus tamen predicare debet pro mercede et questu. Secundo quia possent dicere isti. unde ergo accepisti sumptus. respondet quod ab aliis ecclesiis dices: Ecclesiis alias expropria accipiens ab eis stipendium ad ministerium virum. Ex hoc conuincit eos quod non possunt dicere apostolo quod non liceret ei accipere ab eis. Si enī accipitur ab aliis ad servitum eorum: multomagis liceret ei accipere ab ipsis. Ex hoc etiam apparet quod legatus pape visitans una parte legationis potest accipere stipendia. Et quod dominus papa pro necessitate vniuersitatis potest accipere subsedium ab aliis partibus mundi. Ratio est. quia ecclesia est sicut unum corpus. videmus autem in corpore naturali quod natura quando deficit virtus in uno membro: subministrat humores et virtutem accipiens ab aliis membris.

## Lectio tertia.

Tunc essem apud vos et egerem nullum onerosus fui. Nam quod mihi devenit suppleuerunt fratres qui venerant a macedonia: et in omnibus sine onere me vobis seruauit et fuabo. Est veritas Christi in me: quoniam hec gloriatio non infringetur in me in regionibus achaie. Quare quod non diliguo vos Deus scit. Quid autem facio et facias ut amputem occasionem eorum qui volunt occasionem: ut in quo gloriatur inueniantur sic et nos. Nam eiusmodi pseudo apostoli sunt operarii subdoli: transfigurantes se in apostolos Christi. Et non mirum. Ipse enim satanas transfiguratus in angelum lucis. Non est ergo magnum si ministri eius transfigurent velut ministri iusticie quorum finis erit secundum opera ipsorum.

Ostendo quod quando primo eis predicauit in ipso aduentu: euangelizauit eis gratis: hic ostendit quod nec etiam contrebendo moratur apud eos accepit ab eis sumptus. Et primo hoc ostendit. Secundo vero respondet cuiusdam tacite questioni ibi. Nam quod mihi regis. Dicit ergo Non soli quod primo veni ad vos non acceperit a vobis sumptus: sed etiam cum essem apud vos diu et etiam egerem. ut ostendat quod non dimisisti eis sumptus propter diuitias. Nulli onerosus fui aliquid ab aliquo accipiendo. In quo appararet causa quare dimisi: quia Corinthi propter auaritiam eis immensam reputabant sibi onus ministrare sumptus. 1. cor. 9. Non sumus vobis haec potestate. sed omnia sustinemus regis. Sed possent isti dicere. unde ergo habuisti necessaria? Et ideo respondet dicens: quod ab aliis ecclesiis ideo scilicet nihil acceperit. quia illud quod mihi deerat scilicet a proprio quod lucrabatur nocte laborando manibus suis apud aquilam et prisca. Erat enim scenofactorie artis per quam lucrabatur sibi necessaria Act. 2. Id ea que mihi operatur regis. Illud ergo quod deerat non dedistis vos sed supplerunt fratres qui venerunt a macedonia: scilicet philienses qui erant valde liberales. Tunc de hoc in epistola

# in epistolā II ad Corīnthios XI

ad philipenses cōmendat eos. **P̄bli. 4.** Nulla ecclēsia cōmūcauit mībi in ratione dati et accepti nūs vos. Sed corīnθi erāt auari. **C**onsequenter cū dicit. Et in omnībus sine onere rc. **O**stendit quomō se habebit in hoc ad eos in futurū dicens: q̄ etiā sine onere vult se habere ad eos. Et circa hoc duo facit. **P**rimo ponit suā rationē cōmūnem. Secundo cōfert eā ibi. **E**st veritas xp̄i rc. **D**i cō ergo non solum feci hoc scilicet q̄ gratis vobis euangeлизau et nulli onerosus fuit: sed etiā in omnībus seruabo me vobis sine onere sicut v̄os modo seruau non dure reprehēdendo: non sevē corrigendo: nec vestrā accipiē. **D**o. **A**c. 3. Argentū et aux̄ et vēstē nulli cōcupiui. **M**u meri. 16. Tu scis q̄ nec asellū quidem acceperim ab eis dicit moysi ad dñm. Samuel dicit. 1. reg. 12. Loqui a mini de me si oppressi rc. Et q̄ ita facturus sit confirmat ex duobus. **P**rimo ex eo qui loquitur in ipso scilicet christo qui est veritas a qua non potest esse fālū. Et ideo dicit. **E**st veritas christi in me rc. **Q**uasi dicit. **H**oc qđ dixi verū est. quia veritas christi loquitur in me rc. hoc insfra vltimo. An experimentū queritis eius qui in me rc. **G**el hoc potest accipi per modum iurātis. **Q**uasi dicit deus qui est veritas et est in me scrutās corda sit mībi testis q̄ ita seruabo me. **R**o. 1. Testis est mībi deus rc. **S**ecundo ex eo q̄ non intendit minuere gloriam suā sed augere. Apostolus emī attribuebat sibi apud xp̄m ad magnam gloriam q̄ ipse solus inter apostolos sine sumptu predicabat corīnθiis. Et ideo dicit. Ideo seruabo me sine onere quoniā non infringet id est nō minuetur in me hec gloria q̄ scilicet gratis predico vobis: et q̄ a lictis abstineo: propter salutē vestrā que quidem est gloria xp̄i. quia ipse glorificatur per hoc in me. vel q̄ ego hanc gloriam habeo specialiē apud xp̄m. que quidem refrigeretur in regionibus achaie. vbi corīnθium erat metropolis si receperisset ab eis quia auari erant. habitabāt emī in maritimis et erant intenti mercationibus et tales consueuerint esse auari. 1. cor. 9. Bonū est mībi magis mori q̄ et gloriam meā quis enauerit. **C**onsequenter cū dicit. **Q**uare quia non rc. Ponit causam quare non accipit sumptus ab eis. Et circa hoc duo facit. **P**rimo excludit falsam causam. Secundo astruit verā ibi. **Q**uod autem facio rc. Et circa primū sciendū est q̄ pseudo imponebant apostolo q̄ ideo nō recipiebat a corīnθiis sumptu quia non diligebat eos et quia non intendebat eis bene facere et seruire. Dicit ergo quār̄ scilicet hoc facio. quia non diligo vos id est pro odio quod habebo ad vos sic dicunt pseudo. deus seit q̄ diligo vos et q̄ nō p̄ odio hoc facio Job. vltimo. Domine tu scis quia amo te. Sic ergo exclusa causa falsa sequitur vera ibi. **Q**uod autē facio rc. Et circa hoc duo facit. **P**rimo ponit verā causam. Secundo rationē huius assignat ibi. **M**ā eiusmodi pseodo rc. Circa primū sciendū est q̄ pseudo vt dictū est que rebant lucra et gloriā xp̄iam. Et ideo vt in reverentia haberentur nitebant exteriū sequi vestigia apostoli vel etiam si potuerint excellere xp̄m. Dicit ergo apostolus. Si ergo volunt me imitari in hoc imitentur vt nihil accipiant. Et quia sciebat q̄ pseudo predicabant vt accipiant et per consequens q̄ non predicarent si deficeret eis lucrum. Dicit Quod facio ideo facio et faciā hoc non ppter odiū sed vt amputē occasionē eorum scilicet pseudo accipiendo vestra. eoz scilicet pseudo qui volunt supple meo exemplo habere occasionē accipiendo vestra. Sciebat emī fin Ambro. q̄ si non acciperet non diu predicarent. **E**ntrō dicitur. purb. 9. Da occasionē sapienti rc. et hoc vt tales innueniant scilicet pseudo sicut et nos scilicet non accipientes pecunias sicut et nos non accipi-

mus. In quo quidem ipsi gloriantur scilicet q̄ imitatur nos. et ego nolo si perfecte volant nos imitari q̄ accipiāt. 1. cor. 7. Volo omnes homines esse sicut et me scilicet non accipientes. **C**ū in q̄ rc. Hoc legitur tripliciter. Uno modo sic vt innueniantur tales supple sicut et nos accipiendo sicut nec nos accipimus et q̄ consequēs a p̄dicatione cessando. In quo scilicet esse tales sicut et nos gloriantur. contendebant emī esse similēs veris apostol. Secundo modo sic. vt in eo in quo gloriantur scilicet accipiendo. quia hoc solum querebant. innueniantur sicut et nos id est similes nobis cessando scilicet et desistendo ab acceptance v̄ nobis assimilentur. Tertio modo sic vt in eo in quo gloriantur scilicet in nō accipiendo. dicit emī se nibil accipere innuentur sicut et nos id est nō meliores nobis ne scilicet possunt se in hoc nobis preferre. **M**ā eiusmodi hoc continuatur tripliciter. **P**rimo modo sic ita gloriantur et contendunt nō sicut nos. **M**ā eiusmodi rc. Secundo modo sic et vere desistunt accipere: vt nobis assimilētur. **M**ā eiusmodi rc. Tertio modo sic. ita in non accipiendo gloriantur vt nobis similes videantur. **P**roposita autem vera causa probat eam consequenter dicens: **M**ā eiusmodi rc. **O**stendens quomodo studēt assumulari apostolo. Et circa hoc tria facit. **P**rimo p̄dit causā. Secundo probat eam ibi. Sed non mirū. **T**ertio consequenter ostendit differentiam pseudo ad versus apostolos ibi. **Q**uorum finis rc. Dicit ergo recte vi co q̄ hoc facio vt amputem eis occasionē accipienti. **M**ā huiusmodi pseudo apostoli sūt operari scilicet falsi. **P**hi. 3. Videate canes videte malos ogarios rc. Subdoli id est callidi et vulpini sub specie religionis decipientes Ezechie. 13. **Q**uasi vulpes in desertis rc. Capite nobis vulpes paruulas qui demolunt vineas rc. Lā. 2. Mat. 7. Veniūt ad vos in vestimentis ouī rc. Et hoc est quod dicit transfigurantes se in apostolos christi id est exteriorē portantes signa bonor̄ apostolorum. 2. thimo. 3. **H**abentes quidem speciē pietatis rc. Et hoc probat quia sicut veri apostoli mittuntur a deo et informantur ab ipso. sic satanas transformat se in angelum lucis qui est dux et incēntor eorum ostendens se esse vel angelum dei vel aliquando christum. Non est ergo mirū neq; magnum si ministri eius scilicet pseudo transformat se in ministros iusticie id est simulat se esse iustos. Ecclesiā. 10. Scdm iudicem populi sic et minister eius rc. **M**otandum autem est q̄ satanas transfigurat se aliquando visitat sicut beato martino vt deciperet eum. et hoc modo multos decepit. **S**ed ad hoc valet et necessaria est viseret spirituum quā specialiter deus contulit beato anthonio. In hoc tamen potest cognosci q̄ satanas sit. q̄ bonus angelus in principio horretur ad bona et perseuerat in eis. sed malus in principio quidez pretendit bona. sed postmodum volens explorare desiderium suū et quod intendit scilicet decipere inducit et instigat ad mala. 1. Johā. 4. **O**mni spiritui nolite credere rc. Et ideo Iosephus cum videret angelum in capo suo dixit. **J**udicū. 5. **M**oster es an aduersariorum? Aliud etiam signum est q̄ bonus angelus et si terreat in principio tamen statim consolatur et confortat sicut zachariam Luce. 1. **N**e timeas zacharia. Et ad beatam virginem dixit. Ne timeas mariam rc. Malus autem angelus stupefacit et desolatū dicit. Et hoc ideo vt stupefactū facilius decipiat et persuadeat sibi. Aliquando autē transfigurat se inuisibilius et hoc quādo ea q̄ in se mala sunt facit apparet bona: peruerendo sensus hominis et inflammando concus p̄scēdēt p̄ouerb. 14. **E**s via que viderit homini res etia rc. Sic decepit monachum quendam cū proposuit

# Explanatio sancti Thome

In animo suo nunq<sup>z</sup> exire cellam: suggestit ei dyabol<sup>z</sup> q<sup>z</sup> bonum esset q<sup>z</sup> extret ad ecclesiam et reciperet corp<sup>z</sup> chri-  
sti. Cui suggestio consentiens propositum mutauit va-  
dens ad ecclesiam. Postmodum cognoscens eum fuisse  
dyabolum gloriosus est monachus q<sup>z</sup> non decepatur eni-  
quia ad bonum iuerat. et tamen iam remouit eum a pro-  
posito continue standi in cella. Postmodum vero iteru  
suggestit ei q<sup>z</sup> pater suus esset mortuus et dimiserae sibi  
multas diuitias distribuendas inter pauperes: q<sup>z</sup> iret ad  
civitatem ad quā cum iret nunq<sup>z</sup> redij ad cellam et mor-  
tuus est in peccato. Unde valde difficile est q<sup>z</sup> homo ca-  
ueat sibi et ideo recurrent<sup>z</sup> est ad adiutorium diuinum.  
Job. 4.1. Quis reuelabit faciem induuenti el<sup>z</sup> rc. Quia  
si dicat nullus nisi deus. Tamen consequenter ponit mini-  
strorum et malorum et bonorum differentiam que consi-  
dit in hoc q<sup>z</sup> finis illorum scilicet ministrorum christi et  
sathan erunt finis opera eorum. Nam finis bonorum erit  
bonus et malorum erit malus. et boni inducentur ad bo-  
num et mali ad malum. Philippien. 3. Quorum finis in-  
teritus rc. Item boni recipient bona. et mali mala. §. 5.  
Omnes nos manifestari oportet ante tribunal christi.

## Lectio quarta.

Terum dico ne quis me putet inspi-  
cientem esse. Alioquin velut insipi-  
entem accipite me: vt et ego modi-  
cum quid glorier. Quod loquor: nō loquor  
scdm deū: sed quasi in insipientia in hac sub-  
stantia glorie. quoniam multi gloriabantur fini  
carnem: et ego gloriabor. Libenter enim sus-  
fertis insipientes cū sitis ipsi sapientes Su-  
stinetis enim si quis vos in seruitute redi-  
git: si quis deuorat. si quis accipit: si q<sup>z</sup> ex-  
tollitur: si quis in faciem vos cedit. Scdm  
ignobilitatem dico quasi nos infirmi fueri-  
mus in hac parte.

Supra apostolus induxit corinthios q<sup>z</sup> patienter susti-  
nerent suam cōmendationē: ostendens q<sup>z</sup> hoc faciebat  
ex zelo quem habebat ad eos: et quia zelus ille erat ratio-  
nabilis et ordinatus: hic autē consequenter ponit aliam  
rationem per quam ostendit q<sup>z</sup> dato q<sup>z</sup> insipienter ager<sup>z</sup>  
nihilominus tamen deberent eum supportare. Unde in  
ista ratio procedit ex suppositione stulticie In hac autē  
parte duo facit. Primo enim proponit sua petitionem.  
Secundo rationem dictorum assignat ibi. Quod loquor  
rc. In petitione autē sua duo facit. Primo enī petit q<sup>z</sup>  
non reputent eum insipientē quod pertinet ad premissaz  
rationem. Et ideo dicit Alioquin id ē  
si non rationabiliter cōmendo me et penitus velitis me  
ex hoc insipientem reputare tanē accipite id est suppos-  
tate me velut insipientē. Et dicit velut. Quia licet ipsi  
reputent eum insipientem in hoc tamē in rei veritate nō  
ē insipientē. Accipite me inq<sup>z</sup> velut insipientē et et ego mo-  
dicum quid glorier. Et dicit modicum. quia infra com-  
mendavit se de gloria que est fin carnē que valde modi-  
ca est. Job. 2 §. Homo putredo et filii hominis vermis.

Ecclesiasticus. 10. Quid superbis terra et cinis. Rationem  
autem dictorum assignat dicens: Quod loquor rc. Di-  
xerat autem tria. Primo quia supposuit se insipienter co-  
mendasse seipsum. Secundo q<sup>z</sup> vult gloriari. Tertio q<sup>z</sup>  
sustineant eum. Et horum trium rationem assignat. Et  
primo de hoc q<sup>z</sup> supposuit se insipienter cōmendare se.  
Secundo quare vult gloriari ibi. Quoniam multi glori-  
antur rc. Tertio q<sup>z</sup> debeant eū supportare ibi. Libenter  
enī suffertis rc. Dicit ergo primo. Ratio quare debe  
tis insipientē accipere me. est. quia illud quod loquor in  
hac substantia glorie id est in cōmendatione carnis. que  
a quibusdam appetitur ac si per eam debeant subsistere.  
non loquor scdm deū sed quasi in insipientia. Et dicit ex  
ypostasi sicut illud quod supra dixit. velut insipientem.  
Unde ibi posuit. Et ut h<sup>z</sup> potiū quasi. Ac si dicer<sup>z</sup>. Si nō  
rationabiliter cōmendarem me tunc illud quod loquor  
in cōmendatione mea non est scdm deū id est scdm ra-  
tionis diuine sapientie. Et tunc merito acciperetis me  
non scdm deū loqui sed insipienter supra. 10. Non enī  
qui seipsum cōmendat ille probatus est rc. prouer. 27.  
Laudet te alienus rc. Rationem autē sue cōmendatio-  
nis et glorie ostendit subdens: Quoniam multi gloriā-  
tur rc. Abi sciendum est q<sup>z</sup> pseudo quia ex iudeis erant  
gloriabantur scdm carnē: dientes se esse filios abrahe  
et ex hoc volebant haberī in reuerentia a corinthiis et au-  
ctoritate. Dicit ergo apostolus. dato q<sup>z</sup> sit insipientia q<sup>z</sup>  
glorier scdm carnem. tamen quoniam multi scilicet pseu-  
do gloriabantur scdm carnem et ego etiam gloriabor scdm  
carnem prouerb. 26. Responde stulto scdm stulticiā su-  
am ne sibi sapiens videatur. Sed contra est quia sene-  
ca dicit. Summa malorū est quod ad exemplū vnitur. Et  
exod. 23. Non sequaris turbā ad faciēndū malum. Non  
ergo apostolus debet gloriari scdm carnem eo q<sup>z</sup> pseudo  
gloriatur. Respondeo dicendū est q<sup>z</sup> licet sit eādī mate-  
ria gloriatio non tamen est eadem intentio et idem  
nis. quia pseudo cōmendabant se propter gloriām pro-  
priam et vt ipi haberentur in auctoritatē ei possent iuxta-  
ri: apostolus autem gloriabatur vt verbum dei per eum  
predicatum esset maioris auctoritatis et ponderis et fru-  
ctum faceret christo. Rationem autē quare debeant  
eum supportare subdit dicens. Libenter enim suffertis  
rc. Et primo ponit rationem hanc: scilicet debeant eū  
supportare. Possent enī dicere. Quare debemus te sup-  
portare si es insipientis. Et dicit apostolus q<sup>z</sup> video q<sup>z</sup> cu<sup>z</sup>  
vōs ipsi sitis sapientes in oculis vestris et in vestra repu-  
tatione libenter suffertis id est estis consueti supportare  
insipientes pseudo. scilicet. Secundo ostēdit in quo sup-  
portent insipientes. Et ponit quinque grauia que sustine-  
bant a pseudo. primum est lugum sensuitis. Et quoniam  
ad hoc dicit. Sustinetis enim si quis id est aliquis pseu-  
do redigit vos in seruitute. Quasi dicat per christum  
liberati fuitis a seruitute legis que est in timore: et redu-  
cti estis in libertatē filiorū dei: que est in charitate. Gal.  
4. Non sumus ancille filii sed libere. Et tamen vos su-  
stinetis pseudo qui ex huiusmodi libertate redigunt vos in  
seruitute legis quia cogunt vos seruare legalia. Gal. 5.  
Molite in go seruitutis rc. Multo ergo magis debet su-  
stincere me qui volo vos preseruare in libertatem christi  
q<sup>z</sup> pseudo qui volunt vos reducere in seruitutem legis.  
Secundū est graue valde scilicet q<sup>z</sup> pseudo viuit de bos-  
nis vestris laute: nos vero non. §. 8. Non vt alijs sit res-  
missio rc. Et idō dicit. Si quis deuorat. Matth. 23. Ille  
qui comedit domos viduarum rc. Tertium graue est  
depredatio et expoliatio. quia isti ad litterā blandis ver-  
bis et pretextu pietatis accipiebant eis omnia. et quātūz

# In epistolā II ad Corinthios XI

ad hoc dicit Si quis accipit id est blande decipit subtra  
hendo vestra Romano. 16. Per blandos sermones se  
dicunt corda insipientium. Quartus graue est nimia la  
ciantia super eos cum corinthiorū cōtemptu. Ideo dicit  
Si quis extollitur iactando se importune Ecclesiasti. 6.  
Non te extollas in cogitatione tc. Quintum graue est  
illatio opprobriorum. Nam pseundo non solū tam graui  
eis inferebant: sed super hoc addebat impropria dicens  
eis iniurias: et maxime de ignobilitate. Nam q̄ ipsi  
erant iudei et cultores vniuersitatis dei dicebant se nobiles esse  
et corinthios ignobiles. quia non erant de semine abra  
he nec circumcisus et q̄ de idolatria. Et quantū ad hoc di  
cit. Si quis in faciem vos cedit id est coram vobis infert  
contumelias et vicit iniurias. Et huiusmodi iniurie sunt  
qm̄ ignobilitatem q̄m̄ vobis obijicunt. Et tamen illos  
sustinetis et nos non quasi nos fuerimus infirmi in hac  
parte glorie qua attribuistis eis. preferēdo eos nobis p̄  
fertim cum pseundo dicans q̄ ideo nos non dicim⁹ nec fa  
cimus vobis ista: quia nos sum⁹ infirmi in hac parte id ē  
quia sumus ignobiles. 1. corin. 4. Nos infirmi vos for  
tes: vos nobiles nos ignobiles.

## Lectio quinta.

**I**n quo quis audet in insipientia di  
co audeo et ego. Hebrei sunt et ego.  
Israelite sunt et ego Semen abrae  
sunt et ego. Ministri christi sunt et ego. Ut  
minus sapiēs dico plus ego. In laboribus  
plurimiſ. in earceribus abundātius. in pla  
gis supra modū. in mortibus frequenter.  
a iudeis quinques quadragenās vna mi  
nus accepi. Ter virgis cesus sum. semel la  
pidatus sum. ter naufragium feci. nocte et  
die in profundo maris fui. In itinerib⁹ se  
pe. periculis fluminum. periculis latronū  
periculis ex genere. periculis ex gentib⁹.  
periculis in ciuitate. periculis in solitudine.  
periculis in mari. periculis in fallis fratri  
bus.

Positis rationibus sue cōmendationis et causis quare  
supportandus est: hic consequenter incipit se cōmen  
dare. Et circa hoc duo facit. Primo enim adequat se pse  
udo et alijs qui cōmendabant se. Secundo prefert se eis  
ibi. Ut minus sapiens tc. Adequat autem se apostolus  
eis in gloria. Est autem gloria duplex. Una secundum carnē  
que modica est et contemnda. Unde ipse dicit Phil. 3.  
3. Sed que mīhi fuerunt lucra arbitratus tc. Alia est q̄z  
christum quia magna gloria est sequi dominum Eccl.  
23. Et hec est querenda. Sal. vltimo Mihl absit gloria  
rini in cruce tc. Et ideo apostolus adequat se eis q̄tū  
ad vitamq̄ gloriā. Et primo quātū ad primam. Secū  
do quātū ad secundam ibi. Ministri christi tc. Et pri  
mo adequat se eis in generali dicens: Recipiatis me in  
sipientem si tamen insipientia est. Ex ypoteſi em̄ loquor  
quia si quis aulus est presumere de se et cōmendare se et  
ego possum bene audere et commendare me in eodem in  
quo ipse cōmendat se. q̄ non subest eis maior cauſa sue  
cōmendationis q̄m̄ mīhi. Et hoc dico in insipientia id est  
dico q̄ insipienter agam cum tamen ipse sapienter age

ret cum hoc nō faceret pro sui iactātia sed vt pseudo hu  
miliaret. supra eodem. Existio me non min⁹ fecisse a ma  
gnis apostolis tc. Secundo cum dicit Hebrei sunt tc.  
adequat se eis in speciali. offendens per singula se parē  
eis esse in quibus pseudo gloriatātur. Cōmendatio au  
tem istorum et gloria erat de tribus. Primo de natione  
et lingua quia dicebant se hebreos. Secundo de genere  
quia dicebant se esse de genere israel. Tertio de promis  
sione quia dicebant se esse participes promissionis abra  
he. cum essent de femine eius. Et quantū ad hec tria ad  
equat se eis. Primo quātū ad nationē et lingua dices:  
Hebrei sunt et ego scilicet lingua et natione. Quasi dicat  
ita sicut et illi. Et notandum est q̄ fm̄ q̄ quidā dicunt he  
brei dicuntur ab abrahā quia ante eū defacili non inue  
nitur illud nomen. Potest tamen dici et forte melius q̄  
dicuntur a quodā heber de quo habetur Gen. 11. Dixit  
sale. 30. annis et genuit heber. Et sequitur Dixit heber  
33. annis et genuit phalech. Et tempore eius fuerit diu  
se lingue et lingua hebreorū remansit in familia sua. Se  
cundo adequat se eis quātū ad genus dicens: Israelite  
sunt et ego. scilicet fm̄ ritus. Tertio quātū ad tertium di  
cens Semē abrahe sunt et ego. Et de istis tribus similari  
citur Phil. 3. Si quis alij ſibi cōfidere videtur ego ma  
gis circūcis octaua die. Quantum ad tertium ex ge  
nere israel de tribu beniamin. quātū ad secundū he  
breus ex hebreis. quātū ad primum Romano. 11. Nam  
ego israelita sum ex semine abrahe tc. Sic ergo patet  
q̄ non sum minor eis quātū ad gloriam que est fm̄ car  
nem. Sed nec etiā q̄uātū ad gloriam que est fm̄ christū  
quia ministri christi sunt id est dicunt se sic vt. decipiante  
vos. et ego sum minister christi. 1. cor. 4. Sic nos existi  
met homo vt ministros christi tc. S. 3. Qui et nos idone  
os fecit tc. Consequenter cum dicit. Ut minus sapi  
ens tc. Preferit se omnibus apostolis et pseundo. Et pri  
mo quātū ad mala perpessa. Secundo quātū ad bene  
ficia recepta et hoc xii. capitulo ibi. Si gloriari oportet  
tc. Circa primū duo facit. Primo preferit se quātū ad  
mala que pertulit. Secundo quātū ad modū quo ma  
la vitavit ibi. Damasci prepositus. Circa primū duo fa  
cit. Primo proponit se alijs preferendū. Secundo ostē  
dit in quo sit preferendus ibi. Quia in laborib⁹ tc. Ter  
tio confirmat quedam dictio ibi. Si gloriari oportet  
tc. Dicit ergo Si videor insipientis vobis. quia comen  
do me et adequo me alijs. quantomagis videbor vobis  
minus sapiens si preferam me eis. Et ideo dicit. Non fo  
lum sum minister christi sicut et illi. sed vt minus sapiēs  
fm̄ vestrum iudicium dico q̄ ego sum plus minister chri  
sti q̄ illi et quātū ad hoc dicit preferendū esse. Romān.  
11. Ministerū meum honorificabo preponendo scilicet  
illud ministerio aliorū. In quo autē sit preferendus ostē  
dit dicens: Quia in laborib⁹ tc. Quasi dicat i hoc plus  
ego. quia sum magis ostensus minister christi. In hoc p̄  
mo quātū ad mala illata. Secundo quātū ad mala sp̄s  
te assumpta ibi. In itineribus sepe. Mala autem illata:  
Primo ponit in generali dicens: Plus ego sum scilicet  
ostensus minister in laboribus plurimiſ q̄ illi et si alijs  
labores pertulerint. 1. cor. 15. Abundātius omnibus  
illis laborauit. Secundo enumerat illa mala in speciali.  
et hoc primo quātū ad carceris squalores. Quia in car  
ceribus abundantius scilicet q̄ illi. Act. 16. Cum mul  
tas plagas illis intulissent scilicet paulo et socijs miserit  
in carcerem. Secundo quātū ad flagelloz dolores. q̄a  
in plagiis scilicet ostensus sum. S. modum alioz scilicet  
modum humane virtutis vel supra modū humane con  
suetudinis. S. 11. In plagiis. in carceribus tc. Sed contra

# Explanatio sancti Thome

1. cor. 10. Fidelis deus qui non permittit vos temptari supra id te. Non ergo supra modum humanæ virtutis. Respondeo dicendum est quod deus non permittit nos temptationi sine adiutorio gratie divine. Et ideo dicebat apostolus 1. cor. 15. Non autem ego sed gratia dei mecum. Et quantum ad mortis terrorem. Unde dicit In moribus frequent. id est in periculis et terroribus mortis. Unde dicebat ipse Roma. 8. Mortificamur tota die. 1. cor. 15. Quotidie morior propter gloriam vestram. Sed consequenter cum dicit A iudeis quinque te. Miserat duo ultima persecuta que perpessus est. Et primo periculum plagarum Secundo periculum mortis. Plagari autem periculum manifestat per ipsa perpessa a suis scilicet iudeis. Et ideo dicit A iudeis quinque te. Mortandum est autem si cut dicitur Deut. 25. Pro mensura delicti erit plaga modus. Ita dimicatur ut quadragenarius numerus non excedat te. Ex quo habetur et homines pro minoribus pecatis debent flagellari. Ita tamen quod flagellatus non recupereret ultra .40. plagas. Judei autem ut viderentur misericordes semper faciebant circa mandatum legis dantem pauciores quam quadraginta fumus quod eis videbatur. Quia sed odio habebant paulum quando flagellabatur ei dimicabant sibi de numero predicto quatuor minus poterant scilicet unam tantum minus: dantes sibi triganouem. Et hoc est quod quinque viciis accepit id est recepit quadraginta plaga minus una plaga id est triganouem. Secundo manifestat pericula perpessa ab extraneis scilicet a gentibus dicens Ter virgis celsus sum. Act. 16. Magistratus scissis eorum tunicis iussit eos virgis cedi. Item 22. Jussit eum tribunus duci in castro et flagellis cedi et torqueri eum te. Pericula vero mortis illata et primo persecuta mortis illata ab hominibus ostendit dicens: Semel lapidatus sum: hoc fuit in civitate Ieronia ubi obtutus lapidibus fuit quasi mortuus. Act. 1. 4. Lapidantes paulum elecerunt eum extra civitatem credites eum mortuum. Secundo pericula mortis illata a periculis nature. et hec sunt specialiter maris et aggrauat ea. Primo ex numero. quia ter naufragium feci id est pertuli. Secundo ex continuitate. quia nocte et die in profundo mari fui quod est grauius. quia ad litteram dicit quod cum plures passus sit naufragium: tamem semel stetit sub aqua per diem et noctem: divina eum virtute protegente. Unde possum dicens illud Ione. 2. Et proisce me in profundis te. Enumeratis autem malis illatis enumerat consequenter cum dicit In itineribus te. Etiam mala assumpta. Et primo exteriora. Secundo interiora ibi. Preter illa que existentes te. Mala exteriora exprimit et quantu ad malam que contingunt in itineribus. Secundo quantum ad ea que eveniunt in domibus. Quantu ad primis. Dico ponit multiplicitate itineri dicens: In itineribus sepe licet ostensus sum minister christi sustinendo multa dura et graua patienter. Romano. 15. Ab hierusalem usque in illirium te. Et cum hoc milta alias vias fecit et romaz et in hispania vadens. p. Propter verba labiorum tuorum te. Secundo enumerat pericula itineri. Et primo premitit minora Secundo subdit grauius periculum quod est in falsis fratribus. Premitit autem tria fumus que multa persecuta passus est. Primo pericula fumus causas. et hoc vel ex causa naturali. Et ideo dicit Periculis fluminis. Naturaliter enim flumis hyeme excrescit et suntrapa et valde periclosa te. Et ex malitia violenta. et quantum ad hoc dicit Periculis latronum quod excitabat ei dyabolus ut vel vestes ei austriret Job. 19. Similiter venerat latrones te. Secundo enumerat pericula metu inferentes. et hoc vel ex suis. An dicit periculis ex genere id est a iudeis procuratis. Et ab extraneis

is. et ideo dicit Periculis ex gentibus propter unius dei predicationem qui eum capere volebant. et sic in suis et in aliis non habebat requie. Jer. 15. Ut quid me genuisti mater mea virus doloris te. Tertio enumerat pericula quantum ad loca. et hoc est quantum ad ciuitates. unde dicit. Periculis in ciuitate id est in coniunctionibus ciuitatum nostra mea. Sicut fuit ephesi et apollinis corinthi et patet Act. 18. 7. 19. Uel quantum ad solitudines et quantu ad hoc dicit. Periculis in solitudine. que erat vel a bestiis malis sic quod a vipers momordit manus suam Act. ultimo. Quando cogregavit sarmenta. Uel ex penuria ciborum vel quantum ad maritatem. et ideo dicit. Periculus in mari non ex mari. sic. 5. Ecc. 43. Qui nauigant mare te. Sed grauius periculum subdit dicens: Periculis in falsis fratribus. id est in falsis christianis et hereticis et in pseudeo. Jer. 9. Unusquisque a fratre suo se custodiatur.

## Lectio sexta.

A labore et eruna. in vigiliis multis  
In fame et siti. in ieunii multis. In  
frigore et nuditate. preter illa quod ex  
trinsecus sunt instatia mea quotidiana so-  
licitudo omnium ecclesiarum. Quis infirma-  
tur et ego non infirmor. Quis scandalizatur  
et ego non vrom. Si gloriari oportet que in-  
firmitatis mee sunt gloria laborum. Deus et pater  
domini nostri iesu christi scit qui est benedictus in secula quod non mentior. Damasci pre-  
positus gentis arethe regis custodiebat ci-  
uitatem damascenorum ut me comprehenderet  
et per fenestram in spora dimissus sum per-  
murum: et sic effugi manus eius.

Hic consequenter enumerat mala sponte assumpta que sustinentur in domibus. Et enumerat tria mala opposita tribus bonis que sunt necessaria ad vitam domesticam. Primum bonum est requies somni. Secundum est suscep-  
tatio cibi. Tertiū est fomentum vestis. Requiet ergo somni opponit laborem et vigilias. Quantu ad labores dicit. In labore scilicet manuum. Actu. 20. Id ea que mihi opus erant te. Et ideo dicit supra. 6. In laboribus quia ad litteram vel dictum est. 5. manus sua victimum querebat. Et 2. thessalo. 3. Nocte et die laborates te. Quantu ad laboris affectum dicit. Et erumna que est defectus et languor coequens ex labore vel ex morbo naturali. p. Conuersus sum in erumna te. Quantu vero ad vigilias dicit. In vigiliis multis. Uel vacando predicationibus de nocte. Uel operi manuall. Actu. 20. dicitur quod pro-  
traxit sermonem usque ad mediā noctem. Sustentationi vero cibi opponit duplē subtractionē cibi vnu. que est ex necessitate. Unde dicit. In fame et siti. quia scilicet ad litteram deficiebat sibi aliquando cibū et potū. 1. corinthis. 4. Usque in hanc horam te. Aliā que est ex voluntate vnde dicit: In ieunii multis scilicet voluntarie assūptis. et propter exemplum bonū et propter macerationes carnis. 1. corinthiorū. 9. Lastigo corpus meum te. Et contra Matth. 6. Nec omnia adiicientur vobis. scilicet temporalia. Quare ergo in fame et siti. Respondeo dicendum est quod quando expedit adiiciuntur nobis scilicet temporalia et propter utilitatem nostram. sed aliquando expedit carere eis. Fomento vero vestis opponit vnu ex-

# in epistolā II ad Corinthios XII

parte nature. Unde dicit. In frigore. Aliud ex parte inopie. Unde dicit. Et nuditate i ciliicet ostensus sum: scilicet minister christi. prime Corinthio. 4. Rudi et instabiles. tc. supra sexto. In necessitatibus. et cetera. ¶ Consequenter cum dicit. Preter illa. tc. Enumerat mala assumpta interiora: que causant ex sollicitudine cordis pro pseudo. Bonus autem prelatus duplicitate affligitur pro subditis. Et pmo sollicitudine conseruatis subditoz. Secundo pro defectu ipsorum. Et istam duplices afflictionem passus est apostolus. Primum cum dicit. Preter illa que extrinsec⁹ tc. Quasi dicit. Preter omnia que exterius patior et passus sum angit me grauius interior afflictio. s. sollicitudo subditoz. Et id dicit. Instantia omnium ecclesiarum magna est et multo grauata: quod multum sollicitat. Luc. 10. Martha martha sollicita es et turbaris erga plurima. tc. Ro. 12. Qui preest in sollicitudine. Secundam afflictionē passus est pro defectu subditoz: et hoc dupliciter. scz pro defectu spiritualium Unde dicit. Quis infirmat scz in fide et bono: et ego non infirmor in corde dolēs de eo sicut de me. 1. Coz. 9. Faetus sum infirmus infirmus. tc. Jere. 9. Quis dabit capti meo aqua. tc. Item pro defectu corporali. Usq; dicit. Quis scandalizat malo pene. i. quis patit tribulations et ego non vor igne compassionis. Iste est ignis quem dominus venit mittere in terram. Luc. 12. Et attende et congrue vritur hoc verbo vor: quia copassio procedit ex amore dei et proximi qui est ignis consumens: dum mouet ad sublevandas miserias proximorum et purgat ex affectu copassioz: et per quem nobis peccata relaxantur. charitas autem illius copassionis operit multititudinem peccatorum. Uel aliter. Aliquando enim labitur homo in peccatum ex seipso: et tunc infirmatur. Aliquando autem ex malo exemplo alioz et tunc scandalizatur. Luc. 17. et Mat. 18. Ue homini illi per quem scandalizatur venit tc. ¶ Deinde cum dicit. Si glorari oportet tc. confirmat quedam victor⁹ superius. Uel dic q; supra loquitur quantum ad mala que pertulit commendabiliter: hic autem quantum ad mala q; visitavit prude nter. Sed quia vitare pericula que surgunt propter fidem videat pertinere ad infirmitatem. Ideo primo premitur q; in illis q; infirmitatis sunt vult gloriari. Se cundo proponit iuramenti ad confirmationē dicendoz ibi. Deus et pater tc. Tertio ostendit modū vitandi ibi Damasci. tc. Proponit ergo primo de quibus gloriatur si debet gloriari dicens. Si pro quia oportet gloriari q; sunt infirmitatis mee glabor. Quasi dicit. Alij glanē in genere et in alijs mundanis reb⁹ Pbil. 3. Silia in confusione. tc. Et ego etiā coactus gloriatur⁹ sum in eis. Tn si gloriari oportet gloriabor in infirmitatib⁹ meis. infra 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. tc. Secundo subdit q; non mentitur inuocans testimonium diuinum per modū iuramenti ut credatur sibi dicens. Deus et pater. tc. Abi tria ponit. Unum per quod inducit ad amorem. Unde dicit. Deus Jere. 9. Quis non timet te. tc. Aliud per quod excitauit ad amorem. Unde dicit. Pater. Jac. pmo. Omne datum optimū tc. Mal. pmo. Si ego pater ubi est amor meus? Uel fin aliam litterā honor meus. Tertium per qd mouet ad reuerentiam et laudem. Unde dicit. Qui est benedictus deus in secula supra. pmo. Benedictus de⁹ et pater. tc. Iste ergo tā reuerendus tam diligendus tam timendus scit q; non minor scz in his que dixi et dicturus sum supra pmo. Non enim est apud nos ē et nō tc. ¶ Consequenter cum dicit. Damasci prepositus. tc. Ostendit quanta mala vitavit et hoc in quodam particulari periculo. Ubi sciendū ē q; apostolus pmo cepit predicare xp̄m in damasco. ubi duz

pergeret xpianos capere prostratus ē et ad fidem conuersus. Et ideo iudicet ad prepositum illius civitatis q; erat ibi pro aretha rege confugerunt ut paulum caperent et occiderent. Et ideo ille faciebat custodiū nocte et die portas civitatis ut vicitur Actuum. 9. Christiani autem qui erant ibi volentes seruare paulum: eum submisserunt in spora per murum et sic euaserunt. Hunc ergo modum euadendi tangit apostolus dicens. Uere nō mentior de hoc quod dico etiam modo. Nam damasci. tc. id est prepositus qui sub aretha rege genti damascenorum praeerat custodiū faciebat inductus a iudeis civitatem damascenorum. ad hoc scilicet ut me comprehenderet et comprehendens assignaret iudeis ne amplius predicarem: sed ego per fenestram submissi usum per murum et sic effugii manus eius scilicet prepositi. Et hoc fuit de mandato domini nō dicentis. Matthei. x. Si vos persecuti fuerint. tc. Sic michol dauid posuit per fenestram ne caperetur a saule primi Regi. 19. Sit Baab exploratores dimisit cuī fuisse per fenestram. Iosue. 2. Sed hic obiicitur contra apostolum primo quia videtur q; non fuerit sufficienter confisus in domino sed fugit. Respondeo dicendum est q; Qdū adest humanum auxilium homo non debet con fugere ad auxilium diuinum: quia hoc est tempore de um. sed debet ut illo auxilio quantum potest. Apostolo autem nondum deerat humanum auxilium. Secundo obiicitur quia ioh. 10. dicitur. Mercennarius autem et qui non est pastor videt lupum venientem et fugit. And videtur q; non fuerit bonus pastor. Respondeo dicendum est q; aliquando queritur persona prelati tantum. aliquando cum prelato totus populus. Quando ergo queritur prelatus solus tunc debet committere curam alteri et absentia se. Et sic fecit hic paulus. Et ideo dicit glo. q; licet fugeret tamen fuit ei cura de oīibus: bono pastori in celo sedenti eas commendando et utilitati eorum se per fungam preseruando. Quando vero queritur totus gressus tunc debet preponere utilitatem et salutem gregis saluti corporis sui. ¶ Nota autem q; est quedam fuga humilitatis quando quis fugit honore: sicut christus fugit. Jo. 6. Cum vidisset q; vellent eum eligere in regem fugit. Sic Saul cum electus fuit in regem abscondit se domi p̄imi Regi. 10. Quedam vero fuga est cautela: quando scilicet fugit pericula ut preseruetur ad maiora. Sic belyas fugit propter izabel. tertii Regi. 19. Et sic apostolus hic fugit manū prepositi.

## Capitulum duodecimum.

s **I** gloriari oportet: nō expedit q; dem. Gleniam autem ad vissiones et revelationes domini. Scio hominem in xp̄o ante annos quatuor decim siue in corpore siue extra corpus nescio: deus scit: raptum huiusmodi usq; ad tertium celum.

Posita sua commendatione quantum ad mala perpessa: hic consequenter apostolus commendans ostendit prominentiam sue dignitatis quantum ad bona diuinitus recepta. Prima autem gloriatio fuit de infirmitatibus. Ista vero est de bonis eius. Unde circa hoc duo facit. Primo commendat se de bonis susceptis diuinis. Secundo excusat se de hac commendatione q; hoc fecerit quasi co-

# Explanatio sancti Thome

getus ibi. Factus sum insipiens. *rc.* Circa primum duo facit. *sc.* primo extollit magnitudinem eorum que sunt sibi collata a deo. Secundo manifestat remedium infirmitatis sibi adhibitum contra periculum superbie sibi. Et ne magnitudo. *rc.* Circa primum duo facit. Primo ponit bonum sibi diuinatus collatum. Secundo ostendit quomodo se habuit in glorianto de huicmodi bono ibi. Pro huicmodi gliabor. *rc.* Circa primum duo facit. Primo ostendit quod sit hoc sibi collatum diuinatus in generali. Sed vero in speciali. *ibid.* Scio hominem. *rc.* Boni autem apostolo collatum diuinatus sunt revelationes sibi diuinatur facere: et de istis vult hic gloriar. Unde dicit. Si gloriar oportet. *i.* quia gloriar oportet propter vos. tamen finis non expedit. quia qui gloriatur de bono recepto incidunt in periculum amittendi quod habet. Eccl. 43. Aperti sunt thesauro. *s.* virtutum per gloriationem inane et evanescunt nebulae sicut aues. Et hoc significat in Ezechia Isa. 39. quando ostendit thesauros domus domini nuncij regis babylonis. Et licet simpliciter non expedit gloriar tamen aliquando propter aliquam speciale cam potest homo gloriar sicut ex promissis manifestum est. Et ideo dicit. *Qz* gloriar oportet. ideo dimissis commendationibus de infinitatibus veniam cōmendando me ad visiones et revelationes domini. *Ubi* notandum est quod differentia est inter visionem et revelationem. Nam reuelatio includit visionem et non conuerso. *Ma* aliquando vident aliquas quod intellectus et significatio est occulta videntur et tunc est visio soluz. Sicut fuit visio pharaonis et nabuchodonosor Dan. 2. et Hen. 41. Sed quando cum visione habetur significatio intellectus eoz que videtur: tunc est reuelatio. Unde quantum ad pharaonem et nabuchodonosor visio despiciunt et de statua fuit solum visio sed quantus ad ioseph et daniel qui significacione visorum habuerunt fuit reuelatio et prophetia. Utrumque tamen scilicet visio et reuelatio quandoque quidem fit a deo. Dan. 2. Est deus in celo reuelans mysteria. Osee. 12. Ego visiones multiplicauit eis ipsi. Revela oculos meos *rc.* Quandoque vero a malo spiritu. Zere. 23. Prophetete prophetabant in baal. Apostolo autem facta est et visio et reuelatio scilicet secreta que vident plene intellectum a domino non a malo spiritu. *An* dicit dominus. *Et* autem reuelatio amotus velamentum. *Pot* autem esse duplex velamentum. *An* ex parte videntis: et hoc est infidelitas vel peccatum vel duricia cordis. et de hoc supra tertio. *Uloqz* in bodierium diem velamentum. *rc.* Aliud ex parte rei vise: quando scilicet res spiritualia proponitur aliqui sub figuris rerum sensibilium: et de hoc dicit Numeri 4. Quod sacerdotes tradebant levitatis vasa sanctuarium vestitam: quia scilicet debiliores non possunt spiritualia capere nisi et in seipsis sunt. Et ideo dominus loquebatur turbis in parabolis. Mat. 13. *C*olequenter visiones et revelationes huiusmodi manifestat apostolus in speciali loco quens de se tanquam de alio. Unde dicit. Scio hominem in Christo. *rc.* Et ponit duas visiones. Prima incipit hic. Secunda vero incipit ibi. Et scio huiusmodi hominem in Christo. *rc.* Circa primam autem visionem vititur apostolus quadam distinctione. Dicit enim circa huiusmodi reuelationem scire quedam et quedam nescire. Dicit autem se scire certas videntis conditionem. Unde scio hominem in Christo. *E*missionis tempus quia ante annos quatuordecim et visionis fastigium quod raptus visus ad tertium celum. Dicit autem se nescire videntis dispositionem: quia sine in corpore extra corpus nescio. Videamus ergo ea que scilicet ut per nota ad ignorantia facilius peruenire possumus. Et primo videntis conditionem que est laudabilis: quia in Christo id est conformem Christo. Sed contra. In Christo nullus est nisi

qui habet charitatem quam prius Ioh. 4. 8. Qui manet in charitate in deo manet. Ergo sciuit se habere charitatem quod est contra illud *H*ec homo verum odio vel amore dignus sit. *rc.* Respondeo quod esse in Christo potest intelligi dupliciter. Uno modo per fidem et fidei sacramentum cum ilud apostoli Gal. 3. Quotquot baptizati estis Christum induistis. *s.* per fidem et fidei sacramentum. Et hoc modo sciuit se apostolus in Christo esse. Alio modo dicit aliquis esse in Christo per charitatem: et hoc modo nullus scit se esse in Christo certitudinaliter: nisi per quedam experimenta et signa: inquantum sentit se dispositum et concordum in Christo. ita quod nullo modo etiam propter mortem committeret se separari ab eo. Et hoc de se expertus erat apostolus cuius dicebat Rom. 8. *C*ertus enim sum quod neque mors neque vita *rc.* separabit nos a charitate. Unde portavit habere huiusmodi signa quod est in charitate Christi. Secundo visionis temporis quod fuit coenientis quod ante annos quatuordecim: quod quatuordecim anni transacti erant ab eo tempore quo viderat visionem vestram ad tempus quo scripsit hanc epistolam. Quando enim hanc epistolam scripsit nondum apostolus erat positus in carcere. Et sic videt quod fuit circa principium imperii Neronis a quo post multum tempus occisus fuit. Unde si computemus annos descendentes a principio imperii Neronis vestrum ad quatuordecim annos manifeste apparet quod apostolus habuit has visiones in principio sue conversionis. Ipse enim conuersus fuit ad Christum anno quo Christus passus est. Christus autem passus est circa finem Tiberij Cesaris: quod mortuo successit ei Gaius imperator qui vixit quatuor annis. post quem Nero factus est imperator. Et sic inter Tiberium et Neronem fluxerunt quatuordecim anni. Et sic additis duobus annis de tempore Tiberij quia nondum moritur erat quod paulus fuit conuersus de tempore Neronis quod fluxerat usque ad tempus quando scripsit hanc epistolam relinquit quod a tempore sue conversionis usque ad tempus quo hanc epistolam scripsit fuerunt anni quatuordecim. Et ideo quidam dicunt satis probabiliiter quod apostolus has visiones habuit in illo triduo quo post prostrationem sua a domino fecerit neque videns neque manducans neque bibens. Act. 9. *C*onmemorat autem tempus sue conversionis apostolus ut ostendat quod si a tempore sue conversionis tunc erat gratius Christus pro tempore et in autoritate apud deum et in virtutibus et gratia. *T*ertio videamus fastigium visionis quod quidem excellens: quia raptus visus ad tertium celum. *S*ed tunc et aliud est furari et aliud rapi. Furari quidem proprie est cum res alicui latenter auferri. Unde Hen. 41. dicebat Ioseph. Furtum sublatum sum. Sed rapi proprius dicit quod subito et per violentiam auferit. Job. 6. *S*icut torre raptum id est subito et rapide transit in couallibus. *I*nde est quod predones qui violenter expoliant dicuntur raptiores. *S*ed attende quod aliquis homo dicit rapi ab homine sicut enoch. Sap. 4. Raptus est ne malitia *rc.* Aliquin rapiens anima a corpore. Luc. 12. Stulte hac nocte aiam tuam *rc.* Aliquin aliquis dicit rapi a se ipso quod propter aliquod homo efficitur extra seipsum et hoc est idem quod exstasis. *S*ed et extra seipsum efficit homo et per appetitum virtutem et per cognituum. Per appetitum enim virtutem homo est solus in seipso qui curat quod lunt sua tunc. Efficit vero extra seipsum quod non curat que sunt sua sed quod pertinet ad bos nam aliorum et hoc facit caritas. *i.* Cor. 13. Caritas non querit quae sunt. Et de hac exstasi dicit Dionys. 4. cap. de dñis nobis. *E*st autem exstasi facies diuinum amor non sibi nensis amatorum sui plus esse sed amatorum scilicet Christi amatorum. Secundum cognituum vero aliquis efficit extra se quando aliquis extra naturalem modum bonis eleveratur ad aliquod videndum: et de isto raptu loquitur hic apostolus. *S*ed sciens

Nota.

# in epistolā II ad Corinthios XII

dum q̄ modus naturalis humane cognitionis est vt eo  
gnoscatur simul per vim mentalē que est intellectus & cor-  
poralem que est sensus. Et inde est q̄ homo nō habet in  
cognoscendo liberū iudicium intellectus nisi quādo sen-  
sus fuerit in suo vigore bene dispositi absq; aliquo ligati-  
onis impedimento: als cum impediunt etiā iudicium  
intellectus impedit: sicut in dormientibus patet. Tunc  
ergo homo efficitur extra finē cognitiū quando remo-  
uerit ab hac naturali dispositione cognitionis que ē vt  
intellectus ab ysu sensuum & sensibili rerū abstract⁹ ad  
aliqua videnda moueat. Qd̄ quidem contingit dupli-  
ter. Uno modo per defectum virtutis vnde cunq; talis  
defectus contingat sicut accidit in freneticis & alijs mē-  
te captis. & hec quidē abstractio a sensibus nō est eleua-  
tio hominis sed potius depresso: quia virtus eoz debi-  
litatur. Alio vero modo per virtutem diuinam & tūc pro  
piae dicit eleuatio qz cum agens assiliet sibi patiens ab-  
stractio que sit virtute diuina & est supra hominē: ē alī  
quid altius q̄ sit hominis natura. Et ideo raptus sic ac-  
ceptus diffinitur sic. Raptus est ad eo qd̄ est fin naturā  
in id qd̄ est supra naturā in vi superioris nature elevatio  
In qua quidem diffinitio tangitur eius genus vñ dicitur  
eleuatio. Causa efficiens quia vi superioris nature  
Et duo termini mor⁹. s.a quo & in quē cū dicit ab eo qd̄  
ē fin naturā in id quod est supra naturā. Sic ergo patet  
de raptu. Sequitur de termino raptus. s.ad quem cū  
dicitur. Aliq; in tertium celum. Motandum est autē q̄  
tertium celum tripliciter accipit. Uno modo fin ea que  
sunt infra animam. Alio modo fin ea que sunt in anima.  
Tertio modo fin ea que sunt supra animam. Infra animam  
sunt omnia corpora ut dicit Aug⁹. in libro de vera reli-  
gione. Et sic possumus accipere triplex celum corporeū  
s.ez arreū sydereum & empyreum. Et hoc modo dicit q̄  
apl̄s erat raptus vñq; ad tertium celum. i.vñq; ad vide-  
dum ea que sunt in celo empyreio: non vt existet ibi:  
quia sic scire si suist sine in corpore sine extra corpus.  
Vel fin vñdamalcenum qui nō ponit celum empyreum pos-  
sumus dicere q̄ tertiu celum ad qd̄ raptus ē apostolus  
est supra octauā speram vt. s.evidenter videret ea q̄ sunt  
supra totam naturā corporalem. Si autem accipiam⁹ ce-  
lum fin ea que sunt in ipa anima: sic celū debem⁹ dicere  
aliquam altitudinem cognitionis que excedit naturales  
cognitiones humanae. Est autē triplex visio. s.corpora-  
lis per quā videmus & cognoscimus corpora spiritualia  
sive imaginaria quia videmus similitudines corporum.  
& intellectualis quia cognoscimus naturas rerum in se-  
ipsis. Nam proprie obiectum intellectus est quod qd̄ est  
Huiusmodi autem visiones si fiant fin naturalem modū  
puta si video aliquid sensibile si imaginor aliquid prius  
visum si intelligo per fantasmata nō possunt dici celum.  
Sed tunc quelibet istorum dicitur celum quando est sua-  
pra naturalem facultatem humane cognitionis: puta si  
aliquid vides oculis corporalib⁹ s supra facultatem na-  
ture sic es raptus ad primū celum. Sicut balthasar ras-  
pus est videns manum scribentis in pariere. ut dicitur  
Dñ. s.Si vero eleueris per imaginationem vel p sp̄  
ritum ad ad aliquid supernaturaliter cognoscendum sic  
es raptus ad secundū celum. Sic raptus fuit petrus qn̄  
vidit lintheum finissimum de celo. ut dicitur Act. 10. qz  
si aliquis videret ipa intelligibilā & naturas ipo & nō per  
sensibilia nec per fantasmata sic esset raptus vñq; ad ter-  
tium celum. Sed sciendum est rapi ad primū celū est  
alienari a sensibus corporalibus. Unde cum nullus pos-  
sit abstrahi totaliter a sensibus corporeis: manifestum ē  
& nullus pōt dici simpliciter raptus in primū celū s3 p3

quid. Inquantū contingit aliquādo aliquē sic esse inten-  
sum ad vnum sensum & abstrahitur ab actu alio:ū. Ras-  
pi ad secundū celū ē quādo aliquis alienā a sensu ad vñ  
dendum quedam imaginabilia. vnde tales semper con-  
sueverunt fieri in extasi. Et iō Act. 10. Quādo petr⁹ vi-  
dit lintheū dicitur & factus fuit in extasi. Paulus vero  
dicitur raptus ad tertium celum qz sic fuit alienat⁹ a sen-  
sibus & sublimatus ab omnibus corporalibus vt videret  
intelligibilia nuda & pura eo modo quo vident angeli et  
anima separata: t quod plus est etiā ipsuz deū per essenti-  
am vt Augustin⁹ expresse dicit. 12. super Gen. ad litté-  
ram & in glo. t ad paulinum in libro de vident deum.  
Hec etiam est probabile: vt moyses minister veteris tes-  
tamenti ad iudeos viderit deum & minister noui testa-  
menti ad gentes & doctor gentium hoc dono fuerit pug-  
nus. Unde dicit ipse supra. 3. Si ministratio dānationis  
fuit in gloria tc. De moys autē q̄ viderit deū p essenti-  
am patet. Nam ipse a domino petiuit. Exo. 33. Ostēde  
mihi faciem tuam. Et licet tunc negatū fuerit sibi nō tñ  
dicitur q̄ dominus finaliter negauerit ei. Unde dicit Liu-  
gustinus q̄ concessum fuit ei per hoc qd̄ dicitur Hume-  
ri. 12. Si quis fuerit inter vos propheta domini. tc. Ut  
vero non talis seruus meus moyses tc. palam enī & nō  
per enigmata videret deum. Sed nunquid fieri potuisse  
paulo vt nō raptus videret deum. Dicendū q̄ nō. Nā  
impossibile est q̄ deus videatur in vita ista ab homine nō  
alienato a sensibus: quia nulla imago nullū fantasma est  
sufficiens mediū ad dei essentiā ostendendā: ideo opor-  
tet q̄ abstrahat & alienat̄ a sensibus. Tertio modo acci-  
plendo celum fin ea que sunt supra animam: sic triplex  
celum est triplex hierarchia angelorum: & fin hoc apo-  
stolus raptus fuit vñq; ad tertium celum. id est ad hoc vt  
videret essentiam dei: ita clare sicut vident eum angeli  
superioris & prime hierarchie qui sic vident deū & imme-  
diatē in ipo deo recipiunt illuminationes & cognoscunt  
diuina mysteria. Et sic vidit paul⁹. Si ergo sic vidit dei  
essentiam sicut angeli superioris hierarchie. ergo bñ vi-  
detur q̄ apl̄s fuerit beatus & p cōsequēs fuerit inmortāl.  
R̄indeo q̄ licet viderit deū per essentiā nō tamē fuit bea-  
tus simpliciter sed soli fin quid. Scindū ē autē q̄ vi-  
sio dei p essentiā sit per lumen aliquid. s.p lumen glorie: d  
quo d̄ in ps. In lumine tuo videbimus lumen. Sz ali-  
q̄ lumen coletur alicui per modū passionis: alicui vero  
per modū formē inherentis: sicut lumen solis inuenitur ī  
carbunculo & in stellis vt forma inherens. i.connatural  
effecta: sed in aere inuenit̄ vt forma transiens & non per-  
manēs q̄ transit abeunte sole. Sūlter & lumen glorie du-  
pliciter mēti insūdit. Uno modo p modū formē conatural  
facte & pmanentis: & sic facit mentē simpliciter beatam.  
Et hoc modo infundit beatis in patria: i ideo dicuntur  
cōphenoſores: & vt ita dicā visores. Alio mō cōtingit lu-  
men glie mēte hūana sicut qdām passio transiens: & sic  
mens pauli fuit in raptu lumine glie illustrata. vñ etiam  
ipsum nomen raptus ostendit transeundo hoc ē factum  
& ideo nō fuit simpliciter glificatus nec habuit dotē glie  
cum illa claritas non fuerit effecta proprietas. Et prope  
hoc non fuit deriuata ab anima in corpus nec in hoc sta-  
tu perpetuo permanit. Unde soluz actum beati habuit  
in ipso raptu sed nō fuit beatus. Sic p hoc patet quid  
apostolus scivit in suo raptu. scilicet videntis conditio-  
nes visionis tempus: et visionis fastigium. Q Se &  
quitur quid necivit scilicet vrum esset in corpore vñ ex-  
tra corpus: quod tamen dicit deū scire. Unde dicit. Si  
ne in corpore sive extra corpus nescior: deus seit. qd̄ qui-  
dam intelligere voluerit vt raptus referat ad corpus:

# Explanatio sancti Thome

dicentes apostolum dixisse se nescire non quidem an anima est coniuncta corpori in illo raptu an non: sed esset raptus secundum animam et corpus simul: ut simul corporaliter portaret in celum sicut ab aliis portatus fuit dominus. vltio: an secundum animam tamen esset in visionibus dei: ut dicit Ezech. 8. In visione adduxit me in terram Israel. Et iste fuit intellectus cuiusdam iudei quem exprimit hieronymus<sup>9</sup> in prologo sua ad dominum. ubi dicit dominus et apostolus nostrum dicit non fuisse auctorum affirmare se raptum in corpore sed dixisse sive in corpore. re. Sed hunc intellectum Augustinus maxime improbat. 12. super gen. ad litteras: quod non coenuntur cum aliis verbis apostoli. Apostolus enim dicit se raptum visum in tertium celum. Unde sciuit pro certo illud fuisse verum celum. Sciuit ergo an illud celum esset corporeum an incorporeum. I. res incorporeas. Sed si fuit incorporeum sciuit et corporaliter ibi raptus non potuit quia in re incorpoream non potest esse corpus. Si vero corporeum fuerat sciuit quod non fuit ibi anima sine corpore quia anima coniuncta corpori non potest esse in loco ubi non est corpus: nisi celum corporeum dicatur similitudo celi corporei. Sed si sic apostolus non dixisset se scire et esset raptus in tertium celum. id est in similitudinem celi: quia pars ratione dicere potuisse et fuisse raptus in corpore. id est in similitudine corporis. Dicendum est ergo secundum dominum Augustinum quod divina essentia nullus in hac vita positus et hac mortali vita vivens videri potest. Unde dicit dominus Exo. 33. Non videbit me homo et vivet. id est non videbit me homo nisi totaliter separatur a corpore. ita scilicet et anima eius non insit corpori ut forma: vel si inest ut forma tamen mens eius oino in huiusmodi visione totaliter alienetur a sensibus. Et id dicendum est quod hoc secundum apostolus dicit se nescire vitrum scilicet illa visione anima eius fuerit totaliter separata a corpore. Unde dicit sive extra corpus vel vitrum anima eius extiterit in corpore ut forma tamen mens eius fuerit a sensibus corporeis alienata. Unde dicit. Sive in corpore. Et hoc etiam alii concedunt.

## Lectio secunda.

**T**ecum huiusmodi homines sive in corpore sive extra corpus nescio: deus scit. quoniam raptus est in paradisiis: et audiuit archana verba que non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor. pro me autem nihil nisi in infirmitatibus meis. Nam et si voluerem gloriari non ero insipiens: veritatem enim dicam. Parco auctem ne quis me existimet supra id quod videt in me. aut audit aliquid ex me.

Posito primo raptu ponitur consequenter secundus raptus. Et duo facit. Primo ponit raptus. Secundo raptus excellentia. ibi. Et audiuit archana. re. Sed notandum quod dicit istum raptum esse alium a primo. Et si bene consideretur his legitur aliquid de apostolo ad quod possunt isti duo raptus referri. Nam Act. 9. legitur de eo quod sterit tribus diebus non videntes et nihil manducantes neque bibentes: et ad hoc potest referri primus raptus: ut secundum fuerit raptus visus ad tertium celum. Sed Act. 22 legitur quod factus est in templo in stupore mentis: et ad hoc referunt iste secundus raptus. Sed hoc non videtur verisimile quia quando in stupore mentis factus fuit missus tam fuit in carcere apostolus. sed hanc epistolam scriptis aplausis diu ante unde prius scripta fuit hec epistola quod apostolus fuisse in stupore. Et ideo dicendum est quod differt iste raptus

a primo quantum ad id quod raptus est. Nam in primo raptus est in tertium celum. In secundo vero in paradisius dei. Si vero aliquis tertium celum acciperet corporaliter secundum primam excellentiam celorum superius possum vel si fuerit visus imaginaria posse similiter dicere paradisi corporalem ut diceretur quod fuerit raptus in paradisi terrestre. sed hoc est contra intentionem Augustini secundum quem dicimus quod fuit raptus in tertium celum. I. visione intelligentibili secundum quod in seipsis naturis videntur ut supra dictum est. Unde secundum hoc oportet nos non aliud intelligere per celum et aliud per paradisius: sed unum et idem per utrumque secundum gloriam sanctorum sed secundum aliud. Celum enim dicit altitudinem quandam cum claritate: paradisius vero quadruplicem suavitatem. In sanctis autem beatis et angelis deum videtur tubus sunt excellenter hec duo. quod est in eis excellentissima claritas qua deum videntur et summa suavitatis qua deo frumentur. Et ideo dicuntur esse in celo secundum ad claritatem et in paradiso secundum ad suavitatem. Isa. 66. Videbitis et gaudebitis re. Fuit ergo utrumque collatum apostoli. ut. I. sublimatur ad illam altissimam claritatem cognitionis: et hoc significat cum dicit. Ad tertium celum et ut sentire suavitatem divine dulcedinis. unde dicit in paradisum. ps. Magna multitudo dulcedinis tue re. Apoc. 2. Accincti dabo manna absconditi re. Et ista dulcedo est gaudium de divinitate frumentatione. de qua Mat. 25. dicitur. Intra in gaudium domini tui. Sic ergo patet terminus raptus quia in paradisum id est in eam dulcedinem qua indeficienter reguntur illi qui sunt in celesti iherusalem. Sequitur consequenter ipsum raptus excellentia quia audiuit archana non quod licet homini loqui. Et hoc potest dupliciter exponi. Uno modo ut licet homini construatur cum licet et loquitur sensus est. Audiuit archana verba. id est percepit intima cognitione de secreta dei essentia quasi per verba quae sunt. verba non est licet ut homini dicantur. Alio modo ut licet homini construatur solum cum non licet: et tunc est sensus. Audiuit verba. re. que verba non licet homini loqui homini. imperfecto. Scindendum autem quod secundum Augustinum paulus est raptus ad videndum divinam essentiam. que quidem non potest videri per aliquam similitudinem creatam. Unde manifestum est quod illud quod paulus vidit de essentia divina nulla lingua humana potest dici: alios deus non est incomprehensibilis. Et ideo secundum expositionem dicendum est. audiuit. I. considerauit archana verba. I. magnificientiam divinitatis quam nullus homo potest loqui. Dicit autem audiuit pro videt. quia illa consideratio fuit secundum interiorem actum atque in quo idem est auditus et visus secundum quod dicitur numeri. 12. Quod ad vos loquitur ei et palam. re. dicit auctor illa consideratio visus in quantum deus videtur in hoc et loco in quantum homo in ipsa instruitur de divinitate. Et quod huiusmodi spiritualia non sunt padenda simpliciter et imperfectis sed perfectis secundum quod dicitur primo loco. 2. Sapientia los quimur inter perfectos. 10. Secundo modo exponit quod secreta que ibi audiuit non licet mihi loqui hoc. I. imperfectis secundum spiritualiter inter quos loquimur sapientiam. Proverb. 25. Gloria dei est celare verbis. I. hoc ipsum quod necesse est celare magnalia dei pergit ad gloriam dei. ps. secundum translationem Ieronimi. Tibi silent laus deo. I. et incomprehensibilis est verbum nostrum. Deinde enim dicit ipso unde huiusmodi gloriarum labor re. ostendit quod se habet ad gloriam. Et circa hoc tria facit. Prosternit se non gloriar de humo relationibus. Secundo insinuat se habere aliquod operum illud unde gloriar possit ibi. Nam si voluerem re. Tertio assignat causa quod non gloriat de oibz. ibi. Parco autem ne quis re. Circa primum scindendum est quod hoc quod dicit. Ipso unde huiusmodi autem gloriabor. re. potest dupliciter legi. Uno modo ut apostolus ostendat se esse secundum

# in epistola II ad Corinthios XII

pro quo gloriatur ut sc̄ ip̄e sit qui vidit has v̄isiones. Alio modo vt ostendat q̄ aliis sit qui vidit has visiones. Sc̄iendū est em̄ q̄ in homine duo possunt cōsiderari sc̄ donum dei t̄ humana conditio. Si ergo aliquis gloriatur in aliquo dono dei vt a deo accepto illa est bona gloria: quia sic in domino gloria vt victus ē supra. x. S̄i si gloriatur de illo dono sicut a se habito tunc mala ē gloriatio huiusmodi. p̄te. Lox. 4. Quid habes quod nō acceperisti. Si autē accepisti quid gloriari quasi nō accepis. Dicit ergo apostolus fīm hoc p̄ h̄mōi sc̄ visionibus t̄ donis dei mīhi collatis gloriabor. Pro me autez nō id ē non gloriabor inde quasi a me acceperim: quia a deo habui. Sed si pro me oportet gloriari nihil gloriabor nisi in infirmitatibus meis id est nō habeo vnde possum gloriari nisi de infirma conditione mea. Si autes exponas vt ostendat aliū esse qui nō vidiit t̄ si ip̄e sit: tunc ē sensus vt quasi loquāt̄ de quādā alio dices. Pro huius modi gloriabor. id est pro illo homine qui hoc vidiit t̄ q̄ hec dona recepit gloriabor: sed pro me quasi velim manifestare me esse talē nihil gloriabor nisi in infirmitatibus meis. id est de tribulationibus quas patior. S̄i q̄ isti possent sibi dicere. O apostole nō est mirū si non gloriari quia nō habeo vnde glorieris. ideo ap̄ls ostendit q̄ etiam preter illas visiones habet aliquid vnde possit gloriari dicens. Licet pro huiusmodi hōle gloriari t̄ nō pro me tamē etiā bene pro me possum gloriari. nā si vos luero gloriari. tc. vel pro h̄mōi tribulationibus vel pro alijs mīhi a deo collatis vel etiā pro infirmitatibus non ero insipiens. id est nō insipienter agam. Et quare Aetate enim dicam de alijs de quibus p̄ter dictas visiones gloriari possū. Dicit autē Hō ero insipiens: quia gloriabat de his que habebat. Quādo enī gloria: quis de his que nō habet stulte gloria. Dpoē. 3. Dicis q̄ diues sūt t̄ nullius egeo t̄ nesciis. tc. Et quia gloriabatur ex causa insufficienti vt ex predictis est manifestū. Consequenter autē cū dicit. Parco autē. tc. Ostendit rationē quare non gloriatur de oīb̄ si p̄t gloriari qui quidem rō est vt eis parcat. Unde dicit parco autē. tc. Quasi dicat. Nossez de pluribus alijs gloriari: sed parco. i. parce glorioz vel parco vobis cōmēdando me: nolens esse onerosus vobis. Nam talia mīhi deus concessit que si sc̄iretis repudaretis me multo malorem: t̄ hec sūt dona gratuita multa que habebat apostolus. Ex quib̄ homines hui⁹ mundi cōfuererunt plus cōmendare homies t̄ maiores eos reputare q̄ ex gratiā facientib̄. Et iō dicit. Molo ex gratiā cōmendari. Et iō p̄parco. i. nō glorioz. Et quare? Me quis existimet me cōmendare vel gloriari: supra id qđ videt. tc. Vel aliter homo duplicitē cognoscitur p̄ querlationē t̄ doctrinā suā. Apostolus autē nolēbat alijs quia de se dicere: licet posset que excedebat t̄ vitam t̄ doctrinā suā. Et ideo parco autē ne quis existimet me esse supra id quod videt de conuersatione mea exteriori aut audit aliquid ex me. id est ex doctrina p̄dicationis t̄ exhortationis t̄ instructionis mee: q̄ forte crederet eum esse vel imortalem vel angelū. Prouer. 11. Vir prudēs racebit. Prouer. 29. Totum sp̄itu suū p̄fert stultus. sapiens differt. tc. Vel dicit parco autē. tc. pro detractionibus sc̄ pseudo qui dicebant eum gloriari ex elatiōe t̄ nō ex cā neḡ de his q̄ ī ip̄o erāt. Et iō dicit parco autē id est parce glorioz: ne quis pseudo extimet me excedere elationis sp̄u. supra id. id est in aliquid quod videt ī me vel audit ex me. id est supra posse meritorum. ps. Domine non est exaltatum cor mēi. tc. Eccl. 3. Quāto magis es. tc.

Lectio tertia.

Tne magnitudo reuelationum ex tollat me: datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane q̄ me colaphizet. Propter qđ ter dñm rogaui: vt discederet a me et dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Hā virtus in infirmitate p̄ficē Libenter igitur gloriabor in infirmitatib⁹ meis: vt inhabitet in me virtus xp̄i. Propt̄ qđ placeo mihi in infirmitatibus meis: ī eō tumelij̄: in necessitatibus: in p̄secutionib⁹: in angustijs pro xp̄o. Lū enim infirmor tūc potens sum.  
Hic agit de remedio adhibito contra superbiam. Et circa hoc tria facit. Primo enī ponit remediu adhibitu. Secundo manifestat suā orōem de remedio remouendo. Ibi. Propter qđ ter dominū tc. Tertio insinuat dñi responsionē assignantis rōnē de adhibito remedio ibi. Et dixit mihi dñs tc. Circa p̄mū sciendū ē q̄ plerūq̄ sapiens medicus p̄curat t̄ permittit supuenire infirmo minorē morbi ut maiorez curet vel viter: sicut vt curer sp̄atum procurat febrē. hoc euidenter in se beat⁹ apostolus a me dico animaz dño nro iſu xp̄o faciū ostendit. Xps enim velut medic⁹ aīaz sūmus ad curandū graues amē morbos pm̄let plurimos electos suos t̄ magnos l̄ morbis corporū grauter affligi. t̄ qđ plus ē ad curandū maiora crimina pm̄mittit incidere in minorā etiā mortalia. Inter omnia vero p̄tā grauius peccatū est superbia. Nam sicut charitas ē radix t̄ initium virtutū: sic superbia ē radix t̄ initium oīm viciōz. Ecl. 10. Initii omnis peccati superbia Quod sic patet. Charitas enī ideo dicitur radix omnū virtutū: q̄ cōiungit deo qui ē ultimus finis. Unde sicut finis ē p̄cipiū omnū opabilū: ita charitas ē p̄cipiū omnū virtutū. Superbia autē auertit a deo. Superbia enim est appetitus inordinat⁹ excellētie. Si enī aliquis appetit aliquā excellētiā sub deo si moderate quidem appetit t̄ p̄pter bonū sustineri potest. Si vero nō debito orādine p̄t quidē alia vitia incurrit sc̄ ambitionis: auaritiae seu inanis glorie t̄ huiusmodi: tamē nō est proprie superbia nisi quād quis appetit excellētiā nō ordinādo illā ad deū. Et ideo superbia p̄p̄re dicta sepat a deo t̄ est radix omnū viciōz t̄ p̄essimū omnū: p̄pter qđ deus resistit superbis. vt dicit Iac. 4. Quia ergo ī bonis ē maxime materia bulus vicij sc̄ superbie: q̄ eius materia est bonū: pm̄mittit aliquādo electos suos impediri ex aliqua sui pte vt p̄ infirmitatē vel p̄ aliquē defectū: t̄ aliquā etiā p̄ p̄cīm mortale ab h̄mōi bono: vt sic ex hac pte humilietur q̄ ex illā nō superbiā. t̄ hō sic humiliat⁹ recognoscit se suis viribus stare nō posse. Un̄ dñ Rō. 8. Diligentibus deū tc. Hō quidē ex eoꝝ p̄tō sed ex ordinatiōe dei. Q̄r̄ igī ap̄ls magnā habebat superbiendi materiā t̄ q̄tū ad specialē electionē qua a dño elect⁹ ē. Act. 9. Vas electiōnis tc. t̄ q̄tū ad secretorū dei cognitionē: q̄ hic dicit se raptū in terrū celum t̄ ī paradise vbi audiuit archana verba que nō licet homini loqui t̄ quantū ad malorū per p̄missionē: q̄ supra. xj. In carcerib⁹ plurimis in infirmitatibus. ter virgj. tc. t̄ q̄tū ad virginalē integritatē q̄ voī oēs ēē sicut t̄ ego. i. Lox. 7. t̄ q̄tū ad bonorū operationē q̄ supra plus omnibus laborauī t̄ sp̄aliter q̄tū ad maximam scientiam quā emicuit que specialiter inflat: ideo dominus adhibuit ei remedium ne in superbiam extolleretur. Et hoc ē quod dicit. Et ne magnitus

# Explanatio sancti Thome

do revelationis inibi facte extollat me in superbia. Ecc. 6. Non te extollas in cogitatione aie tue velut thaurus ic. ps. Exaltatus autem humiliatus re. Et dicit ut ostendat sibi facias fore revelationes predictas. Hoc est mibi id est ad meam utilitatem et humiliationem. Job. 30. Elephas si me et quasi superventum ponens re. Hoc est inquit mibi stimulus crucians corpus meum et infirmitatem corporis ut anima sanetur: quod ad litteram dicitur quod fuit vehementer afflicta dolore yliaco. Ut stimulus carnis mee. i. cōcupiscentie surgens ex carne mea a qua multum infestabat. Roma. 7. Non enim quod volo re. Ignotus ego ipse mente seruo legi dei re. Unde Augustinus dicit quod inerant et motus cōcupiscentie quos tamquam diuina gratia refreshebat. Iste inquit stimulus est angelus satanae. i. angelus malignus. Est autem angelus a deo missus seu promissus sed satanae: quod satanae intentio est ut subuertat dei vero ut humiliter et probatum reddat. Timeat peccator si apostolus et vas electionis securus non erat. De remotione autem huius stimuli remouendi sollicitus erat apostolus. Unde propter hoc orabat. Et hoc est quod subdit. Propter quod ter. re. Ubi sciendum est quod in firmis ne sciens processum medici apponenter modicam emplastrum rogat medicum ut remoueat; quod tamen sciens medicum causam quare faciat. s. propter sanitatem non exaudit eum quantum ad voluntatem petentis: magis curans de eius utilitate. Sic apostolus sentiens stimulum sibi graue esse: ad singularis medici cōfugit auxiliu ut eum remoueat. Ter enim expesse et devote rogauit ut deo tolleret ab eo. s. stimulus. 2. Mat. 10. Cum ignorarem quid agere debebam. re. Fosse pluries hoc petiri sed expresse et instanter ter eum petire vel ter. i. multotiens. Ternarius enim est numerus perfectus. Et vere ipse rogandus est quod ipso vulnerat et medef. Job. 5. 2. Luc. 22. Ora ne intretis in temptationem. re. Sequitur responsio domini. Et dixit mihi dominus. re. Ubi duo facit. Primo ponit deum responsione. Secundo responsionis rationem assignat. ibi. Nam virtus re. Dicit ergo. Ego rogavi sed dominus dixit mihi. Sufficit tibi. re. Quod dicat. Non est tibi necessariu quod infirmitas recedat a te corporis quod non est periculosa quod non duceris ad impatientias cum gratia mea confortet te. nec infirmitas cōcupiscentie. quod non poteris habere te ad peccatum: quod gratia mea proteget te. Ro. 3. Justificari gratis. re. Et vere sufficit gratia dei ad mala vitanda: ad bona facienda: et ad vitam sequendam eternam proprie. 19. Gratia dei sum id quod sum. re. Ro. 6. Gratia dei vita eterna. Sed contra Job. 15. Quicquid petieris patrem in noise meo re. Aut ergo paulus discrete petivit. et tunc debuit exaudiiri. aut indiscrete et tunc peccauit. Unde dicens est quod de una et eadem potest homo dupliciter loqui. Uno modo secundum se et natura illius rei. Alio modo secundum ordinem ad aliud. Et sic cottingit quod illud quod est malum secundum se et vitandum est appetendum: sicut post in quantum secundum se est amara est vitanda: tamquam qui considerat eam secundum ordinem ad sanitatem appetit eam. Ego et stimulus carnis secundum se est vitandum et affligens. In quantum vero est via ad virtutem et exercitium virtutis: est appetendum. Apostolus autem quod non dicit revelatum ei erat illud secretum diuine pudentie ut ad utilitatem suam cederet: considerabat sibi malum quod in se est. et ideo petierat suam ammonitionem: nec in hoc peccauit: sed deus qui ordinaverat hoc ad bonum humiliatur sue non exaudiuit eum quod ad eius voluntatem quod tamen sciens per misericordiam apostoli glorificabat cum diceret. Libenter gloriarobz re. Et licet non exaudierit eum quanto ad voluntatem: exaudiuit tandem eum et exaudiit secundum suos quod ad eius utilitatem. Unde dicit Jeronimus in epistola ad paulinum. Bonus dominus qui sepe non tribuit quod volumus: ut tribuat quod mallemus. Rationem autem sue responsionis subdit consequenter cuius dicit. Nam virtus re. Mirus modus loquendi. Virtus in infirmitate

perficit. Ignis in aqua crescit. Intelligi vero potest hoc quod dicitur Virtus perficit in infirmitate duplice secundum materialiter et occasionaliter. Si accipiat materialiter tunc est sensus. Virtus in infirmitate perficit. i. infirmitas est materia exercende virtutis. Et primo humilitatis. ut supra dictum est. Secundo patientie. Iacobus 1. Tribulatio patientia operatur. Tertio temperantie quia ex infirmitate debilitas somes et temperatur efficaciter quis. Si vero accipiat occasionaliter tunc virtus in infirmitate perficit. i. occasio perueniendi ad perfectam virtutem. quod homo sciens se infirmum magis sollicitat ad resistendum et ex hoc quod magis resistit et pugnat efficit exercitiorum et per consequens fortior. Et ideo Iesu. legitur et iudicatur. 3. Quod dominus noluit destruere omnes habitatores terrae sed aliquos referuavit ut secundum filium Israhel exercitarentur pugnando cum eis. Sic etiam Scipio nolebat destructionem civitatis cartaginensis ut secundum dominum mani haberent hostes exterius non sentirent hostes interiores contra quod durius bellum est quam contra exteriores ut ipse dicebat. Consequenter ponit apostolus effectum huius responsionis omnino dicens. Libenter gloriabor re. Ponit autem duplice effectum. Unus est gloriationis. Unus deinde dicit. Quia virtus mea perficit in infirmitatibus. igit libenter gloriabor in infirmitatibus meis. i. in me ad utilitatem meam datus. Et hoc quod magis coniungit christum. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce re. Sal. v. 10. Eccl. 10. Qui in paupertate glorietur re. Et rursum et libenter gloriabor: ut inhabiter in me virtus christi secundum per infirmitates inhabitet et consumetur in me gratia christi. Esa. 40. Qui dat lapsus virtutem re. Alius effectus est gaudium. Unde dicit propter quod complacito re. Et circa hoc duo facit. Primum posuit huiusmodi effectum. Secundum huius effectus rationem assignat. ibi. Unde enim infirmor re. Ponit autem effectum gaudij et materialis gaudij. Dicit ergo propter quod: quia virtus christi habitat in me in infirmitatibus et in tribulationibus omnibus: secundum quod complacito mihi id est multum delecto et gaudeo de dictis infirmitatibus meis. Iacobus 1. De gaudio existimat fratres re. Defectus autem in quibus propter gratias christi abundantanter delectantur enumerat. Et primo illos qui sunt a causa interiori et huiusmodi sunt infirmitates. Et ideo dicit in infirmitatibus. ps. Multiplicata sunt infirmitates eorum postea accelerauerunt secundum ad gratiam. Secundo illos qui sunt a causa exteriori. Et hos quidem quantum ad verbis cum dicit. In contumeliis secundum mihi illatis. Eccl. 5. Invenerunt apostoli gaudentes. re. Et quantus ad factum et hoc vel quantum ad defectum bonorum cum dicit. In necessitatibus. i. in penuriis necessariorum et in paupertate qua premebatur. Et hoc modo accipitur necessitas cuius dicitur Roma. 12. Necessitatibus sanctorum comunicantes. Ut quantum ad experimentum malorum illatorum et hoc quantum ad exteriora. Mat. 5. Beati qui persecuti sunt et cum dicit. In persecutionibus secundum corporis quas de loco ad locum et ubique experimuntur. Et quantum ad interiora dicens. In angustiis id est in anxietatibus animi. Dan. 13. Angustie sunt mihi vindictae re. Sed materia omnium hominum que faciunt ad gaudium est regia pro christo. Quasi dicit. Ideo complacito quia propter christum patior. praecepit. 4. Memo vestrum patiatur quasi homicida vel fur. Et huius gaudij rationem assignat dicens. Cuius enim infirmor re. Quasi dicit. Merito complacito mihi in illis quibus quando infirmor re. Id est quando ex his quod in me sunt vel ex persecutione aliorum incidit in aliquod predicationem: adhibetur mihi auxilium diuinum: per quod confirmor. ps. Consolations tue letificauerunt animam meam. Joel. 3. Infirmus dicit: quod ego fortis sum. supra. 4. Licet is qui foris noster homo corrupatur re. Ex. 1. legitur quod quanto plus premebant filii israel: tanto plus multi-

# in epistolā II ad Corinthios XII

plicabantur.

## Lectio quarta.

Actus sum insipiens vos me coegeris. Ego enim a vobis debui commendari. Nihil enim minus feci ab his qui sunt supra modum apostoli. Tamen si nihil sum: signa tamen apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia in signis et prodigiis et virtutibus. Quid est enim quod minus habuistis per ceteris ecclesiis: nisi quod ego ipse non grauavi vos. Donate mihi hanc iniuriam.

Posita commendatione sua: consequenter aplius excusat se de his que dixit. ostendens se coactus hoc dixisse quod ad gloriam suam pertinet. Et circa hoc duo facit. Primo imponeat corinthiis causam huiusmodi gloriationis. Secundo expoit et manifestat hanc causam ibi. Ego enim debui. scilicet. Dicit ergo. Confiteor quod in his omnibus commendationibus meis factus sum insipiens id est videt vobis quod opus insipientes fecerim: sed hoc non ex me nec sponte. immo coactus feci et vestra culpa fuit. quia vos me coegistis id est dedidistis mihi occasionem. Frequentem enim subditis cogunt prelatos aliqua facere: que insipient facta esse iudicari possunt. sed tamen pro loco et tempore sapienter facta sunt. Hoc autem quod dixerat in communione scilicet quod ipsi fuerunt causa sua commendationis exponit consequentem cum dicit. Ego enim debui. ubi dicit quod ipsi fuerunt causa sua commendationis. Primum obmitto bona que facere debuissent. In quo exaggerat eorum ingratitudinem. Secundum commendat mala in quo detestat eorum in alitatem ibi. Timeo enim ne forte. Circa primum duo facit. Primum commendat quod facere debuissent: ostendentes causam ibi. Nihil enim minus. Tertio remouet ipsorum excusationem ibi. Quid est enim quod minus. Dicit ergo vere vos me coegistis. quia vos debuissetis facere illud quod ego feci. Unde dicit. Ego debui commendari a vobis quod non fecisti quoniam necessiter erat scilicet quando pseudo vilipendendo me et preferebendo se reddebat vilis doctrina et euangelium christi a me predicatum. Unde quia vos non commendastis me ne deperiret fides christi in vobis. proripi in commendatione propriam. Sed contra supra tertio dixit. Numquid egemus commendatibus epistolis. Quare ergo voluit commendari ab istis? Respondeo dicendum est quod aplius propter se non egebat commendationibus sed propter alios: ut scilicet dum commendaret doctrinam sua esset in maiori auctoritate et pseudo confutarentur. Sed quia possent isti dicere. ideo non commendauimus te: quia non est in te aliqd commendatione dignum. Propter hoc apostolus probat eis quod bene poterant eum commendare cum dicit. Nihil enim. Ostendens est: se in se multa commendatione digna. Et primo quantum ad praeterita bona que fecit. Secundo quantum ad futura que facere intendit ibi. Ecce tertio hoc paratus. Ostendit autem praeterita commendabilia que fecit primo in generali quantum ad omnes ecclesias. Secundo in speciali quantum ad ea que egit apud eos ibi. Tamen nihil enim. Tertio excludit objectionem ibi. Quid est enim. Dicit ergo. Merito debui commendari a vobis. quia multa sunt in me commendatione signa. Nam nihilominus feci ab his scilicet Petro Jacobo et Iohanne qui sunt supra modum apli id est qui videntur a quibusdam digniores apostoli quod ego sum pseudo enim dicebant quod erant doctri a petro et iohanne quod fuerunt doctri a christo et quod petrus et iohannes seruabant le-

galia unde et ipsi dicebant seruare. Sed quia nihil minus feci ab eis: nec quantum ad predicationem: nec quantum ad conversionem fidelium: ostensiones miraculorum: et perpetuorum laborum: immo plus. quia supra: Plus omnibus laborauit. 1. cor. 15. Habundantius omnibus. Ideo magis sum commendandus. Ut dicunt supra modum apostoli illi scilicet petrus iohannes et iacobus. quia fuerunt pri mo conuersi ad christum. 1. cor. 15. Nonnullum autem vitus regit. Si enim hoc accipiatur nihil tamē minus fecit eis. quod in modico tempore. et postquam conuersus fuit plus laborauit. Sed esto quod nihil fecerim quantum ad ecclesiastis alias per quod possem commendari: multa tamen specialia egit apud vos: de quibus potuissemus me commendare. Et ideo dicit: Tamen nihil. id est dato quod nihil fecerim in comparatione ad eos: tamē affectus mee virtutis manifeste apparent in vobis. et primo quantum ad predicationem nostram: quia conuersi estis ad fidem. Et sum apostolus vostre. Et ideo dicit Signa apostolatus mei. id est mee predicationis facta sunt supra vos a deo in quaestu credentes conuersi estis. 1. cor. 9. Signacula apostolatus mei vos estis. 1. cor. 4. In christo iesu per euangelium ego vos genui. Secundo per conuersationem per quam confirmatur fides. quia quando vita concordat doctrine maioris antecendentis est doctrina. et virtus predicatoris magis appetitur pro patientiam. puerb. 19. Doctrina viri per patientiam noscitur. Et ideo dicit In omni patientia. Tertio quantum ad operationem miraculorum. Et ideo dicit In signis regit. Marci ultimo. Illi autem profecti regit. Et hec tria distinguntur. quod virtus est communis ad omnia miracula. Haec virtus est ultimum de potentia. Et ideo aliquid dicit vir tuosum quia ex magna virtute. Quia ergo miracula sunt ex magna virtute scilicet diuinatio dicuntur virtutes. Signum vero refertur ad minus miraculum. Prodignum autem ad maximum. Ut dicit signa quantum ad miracula facta de presenti. prodigia quantum ad miracula defuturis. Ut signa et prodigia dicit miracula que sunt contra naturam: sicut illuminatio ceci: suscitatio mortui. Virtutes vero dicit que sunt in naturam sed non eo modo quo natura facit. sicut quod ad impositionem manus statim sanatur infirmi. quod etiam natura facit sed successivum. Ut virtutes dicit virtutes mentis. sicut est castitas et huiusmodi. Consequenter excludit objectionem cum dicit. Quid enim est quod minus. Possent enim corinthis regi spodere apostolo ad predicta et dicere: vez est quod multa bona fecisti et magna. et tamen alii fecerunt plura et malora et tu. Et ideo apud eos et in eorum comparatione nolumus te commendare. Et ideo hoc excludit: ostendens quod nihil minus fecit quam illi: sed plus. Et ideo dicit. Quid est enim quod minus habuistis a me per ceteris ecclesiis id est quam alie ecclesie christi habuerunt per illos quod tum ad spiritualia. Quasi dicat Nihil. quia ipsi predicauerunt fidem. et apostolus predictauit. Illi ostenderunt signa et virtutes et apostolus similiter. Et non solum non minus habuistis sed plus. quod alii apostoli viuebant de sumptibus illoque quibus predicebant. sed apostolus non. quia nihil accepit a corinthiis. Et ideo dicit. Nisi quod ego propter non grauavi vos accipiendo vestra. Quasi dicat Nihil habuistis minus. nisi hoc forte reputeris minus. quia nihil accepit a vobis. quod tandem plus est Actu. 20. Ad ea que mihi opus erat et his qui mecum sunt necessaria ministrauerunt reg. 2. thessal. 3. Nocte ac die laborantes reg. Isa. 23. Qui executi manus suas regit. Quod si hoc ipsum reputatis iniuriam scilicet quod nolui vestra recipere quod feci quia non dilexi vos et videtur vobis quod male fecerim parcat mihi. Et ideo dicit ironice loquendo. Donate id est parcite mihi hanc iniuriam. Hoc modo accipitur donare Ephe. 4. Donans

# Explanatio sancti Thomae

tes inuicem sicut et christus vobis drouauit.

## Lectio quinta.

**C**ece tertio hoc paratus sum venire  
ad vos et non ero grauis vobis. Mo-  
eniz quero que vestra sunt sed vos.

Hec enim debent filii parentibus thesauri-  
zare: sed parentes filios. Ego autem liben-  
tissime impendam et superimpendar ego ipse  
pro animab? vestris. licet plus vos dilig? es  
minus diligar. Sed esto. Ego vos non gra-  
uauit. sed cum esset astutus dolo vos cepi.  
Hunquid per aliquem eorum quos misi ad  
vos circuueni vos. Rogauit titum et misi cu  
filio fratrem. Hunquid titus vos circumue-  
nit. Nonne eodem spiritu ambulauim?. Mo-  
ne eisdem vestigis? Olim putatis et excu-  
semus nos apud vos. Loram deo in christo  
loquimur. Omnia em? charissimi propter edi-  
ficationem vestram.

Hic ostendit se esse commendabilem quantu? ad bona futu-  
ra: que facere intendit. Et duo facit. primo ostendit su-  
um propositum de futuro bono quod intendit. Secundo  
propositi huius ratione assignat ibi. Non em? quero que  
vestra sunt tc. Tertio ad ratione similitudinem adhibet  
ibi. Hec enim debet tc. Scindu? est circa priu? : et ali-  
quando contingit et ideo aliqui non accipiunt vno tem-  
pore: ut reseruent se ad aliud tempus: in quo possint et plus  
recipere et audacius. Ne ergo isti simile crederer de apo-  
stolo ut ideo noluisset prima vice recipere ab eis ut post-  
modum reciperet plus: dicit et non soluz hoc fecit olim  
sed etiam paratus est facere in futurum. Unde dicit. Ec-  
ce iam tertio id est tertia vice paratus suz venire ad vos.  
et non ero vobis gratius. Quasi dicat. nec eti? tunc graua-  
bo vos accipiendo vestra. S. 11. In omnibus sine onere  
me seruauit et seruabo Job. 2.7. Justificatione quam ce-  
pi tenero tc. Dicit aut. Tertio paratus sum venire. Et  
non dicit tertio venio: quia bene ter paratus fuit venire  
ad eos sed tamen non iuit nisi bis. Paratus em? fuit ve-  
nire prima vice et tunc iuit et conuersi sunt. Secunda vice  
fuit paratus et fuit impeditus propter peccatum eorum et  
tunc non iuit de quo excusat se in principio huius episto-  
le. Modo est paratus ire tertio et iuit. vnde bis iuit et ter  
fuit paratus ire. Ratione autem huius boni propositi sub-  
dit dicens: Non em? quero tc. que talis est. Costat et ar-  
tifex disponit opus suum fm finem que intendit. predi-  
catores autem in predicando aliqui intendunt questum  
et bona temporalia. et ideo totam predicationem ad hoc  
ordinant et disponunt. Aliqui vero intendunt salutem ani-  
marum. Et ideo hoc modo disponunt predicatione sua  
fm et vident expediri saluti illorum quibus predicanter  
Quia ergo apostolus intendebat in predicatione sua sa-  
lutem corinthiorum et videbat et non expediebat et recipe-  
ret ab eis sumptus: tum ut confutaret pseudo: tum etiam  
quia auari erant: ideo noluit accipere sumptus. Et ideo  
huius rationem assiguat dicens: Ideo non grauabo vos  
sumptus accipiendo. quia non quero que vestra sunt in  
predicatione mea. sed vos et vestra salutem. peurare inten-  
do. Phil. 4. Non quero datum sed futurum. Et ideo do-  
minus dixit apostolus. Faciam vos fieri pescatores ho-  
minum non pecunie. Hoc eti? figuratur Gen. 4.7. Abi-  
legitur et Ioseph emit egypciros in servitute regis. et bo-

nus predictor debet ad hoc studere ut insdeles conser-  
vat ad seruiciu? xp? . Sed huiusmodi ratione adaptat simi-  
litudine cu dicit: Hec em? debent tc. Et primo ponit si  
militudine. Secundo adaptat ea ibi. Ego autem libenter  
sime tc. Tertio arguit ex gratitudine ibi. Licet plus  
vos tc. Dicit ergo Q. autem non quer? vestra. patet p si-  
mile. Videlicet et parentes carnales debent thesauri-  
zare filios carnalibus. quia filii non habent thesaurizare  
parentibus: sed parentes filios. Cum ergo ego sum pater  
vester spiritualis et vos sit filii mei. nolo et vos thesauri-  
retis mibi: sed ego vobis Sed hic est questio de patrib? carna-  
libus. Haz exod. 20. dicitur. Honora patre tuum  
tc. In quo eti? precipitur nobis et ministrumus eis ne-  
cessaria. Ergo filii tenent thesaurizare parentib? . Respo-  
deo dicendum est et ex precepto tenentur filii ministrare et  
subvenire parentibus in necessariis: non autem congrega-  
re et thesaurizare eis. Nam thesaurizatio et congregatio  
fit in posteru. Sed nos videmus et fm natura filii succe-  
dunt parentibus et non ecouero. nisi in aliquo tristi eu-  
tu. Et ideo naturaliter amor parentum est ad hoc ut co-  
gent filii. Et hoc modo loquitur apostolus. Exod. au-  
t? 20. loquitur dominus de subuentione in necessariis.  
Item questio oritur de hoc qd dicit Parentes filia tc.  
Ergo cu prelati sunt parentes nostri spirituales. videatur  
et male fecerint principes et alij dando diuicias prelati.  
Respondeo dicendum est et non dederunt prelati prope-  
se sed et ppter pauperes. Et ideo non dederunt eis s? pau-  
peribus. Et hoc dominus moner. Mat. 6. Thesauriza-  
te vobis thezauros in celis tc. Prelatis autem dantur ta-  
et pauperi dispensatoribus. Consequent? posit? simi-  
tudinem adaptat. in similitudine autem duo ppofuit. Unus  
est et filii non debent thesaurizare parentibus. et hoc i? patet.  
Et aliud est et parentes debent thesaurizare filios  
et dare. Et quantu? ad hoc dicit. Quia ergo ego sum pas-  
ter vester: ideo paratus sum dare vobis Et vos est qd vi-  
cit. Ego libenter impendam vobis bona spiritualia p-  
dicando: et exempla monstrando: sed eti? temporalia qd et  
faciebat in quantum predicabat et seruiebat eis cum sum  
ptibus aliaru? ecclesiastu. Hec tria ministrare debet quili-  
ber prelator suis subditis. Unde dominus dixit ter pe-  
tro: Pasce oves meas id est pasce verbo: pasce exemplo  
pasce temporali subsidio. Et non soluz ista impendam vos-  
bis. sed paratus sum mori pro salute animarum vestrarum.  
Unde dicit. Et superimpendar pro animabus vestris.  
Johan. 15. Maior? charitate nemo habet. tc. 1. Job. 3.  
Si christus anima su? p nobis posuit et vos debet tc.  
Johan. 10. Bonus pastor anima su? tc. In gratitudi-  
niem istoz intrepit consequent? dicens. Licet plus vos  
diligens tc. Quasi dicat. Libenter impendar pro vobis  
licet stis ingrati. quia licet plus vos dilig? es tc. Et hec  
comparatio potest exponi dupliciter. Uno modo sic. licet  
plus dilig? vos et pseudo. tamen minus dilig? scilicet  
et vobis et diligantur pseudo quos plus diligitis et me.  
Et sic patet et ego plus vos dilig? et illi. quia ego que-  
ro salutem vestram tantu. illi vero bona vestra soluz. Alio  
modo sic. licet plus dilig? scilicet vos et alias ecclesiastis  
tamen minus dilig? a vobis et ab alijs ecclesiastis. Phil.  
1. Testis est mihi deus quomodo cupiaz tc. Et et plus  
dilexerit corinthies et alias ecclesiastis patet. quia plus  
pro eis laboravit. Illud autem in quo plus laboramus:  
magis et consuevimus diligere. Consequenter cum dia-  
cit. Esto ego vos tc. Remouet suspicionem. Et primo po-  
nit suspicionem ipsam. Secundo excludit ea ibi. Nunquid  
per aliquem tc. Tertio rationem exclusionis assignat ibi.  
Olim putatis et excusemus tc. Posset autem esse istoz  
suspicio talis et ideo ipse ab eis per seipm non accepit

# In epistolā II ad Corinthios XII

ut per alios dolose ab eis plus accipiat. Et ideo dicit hoc pones. Esto id est dato et concessu ego in persona mea et per me accipiendo non grauauit vos sed sicut vos credidistis cuz eisem astutus dolo tu. id est per alios detraxi vobis bona vestra plurima. Sed hoc est falsum. quia nihil er dolo feci. 1. thessa. 2. Exhortatio nostra non de errore neq; de imundicia neq; in dolo. Nam ipse erat vere israelita in quo dulos non fuit. Job. 1. Hanc autem suspicionē excludit consequētū dicit. Numquid per alii quem tu. Et primo in generali. Secundo in speciali. In generali sic. Si per alios voluisse surripere vestra: misserem aliquos qui hoc procurarent apud vos. Sed nunquid per aliquem eorum quez misi ad vos circumueni vos extorquendo per eos vestra. Quasi dicat. Non. 5. 7. Me minem circumuenimus tu. 1. thessal. 4. Ne quis circumueniat in negotio fratré suū. In speciali vero excludit suspicionē p̄dictā cu dicit. Rogauit tū tu. Quasi dicat. Nullus eorum in speciali quem misi ad vos circumuenit vos. Tū enim cum precibus misi ad vos. Et hoc est quod dicit Rogauit tū tu. De isto habetur. 5. 8. Misisti etiā cum illo fratre scilicet barnabā vel lucā. 5. 8. Misimus cu illo scilicet tuto fratre scilicet altero victori cuius laus ē in euangelio. Sed nūquid titus circumuenit vos? Quasi dicat. Non. 5. 8. Gratias ago deo meo qui dedit eandē solicitudinē pro vobis in corde tui tu. Et q; titus nō circumuenit eos: probat p conformitatē titi ad apostolum. Et ponit duplē conformitatē scilicet cordis. Et ideo dicit. Nonne eodē spiritu ambulauim⁹? Id est eandē voluntatem habemus. Uel eodē spiritu instigam⁹ ad bene et re recte agendum. 5. 4. Habentes autē eundē spiritu tu. Itēz conformitatē operis. Et ideo dicit. Nonne eisdē vestigijs id est operibus intendimus scilicet vestigijs Christi. Nā ego sequor vestigia Christi Job. 23. Vestigia eius scilicet Christi secutus est pes tu. 1. Pe. 2. Christus passus est tu. Ut sequamini vestigia eius. Et tit⁹ sequitur vestigia mea. 1. cor. 11. Imitatez mei estote tu. Et sic patet q; si confor mis est mihi in voluntate et opere et ego nō circumueni vos nec intendo circumuenire. q; aut nec ipse circumueniter vos p̄t̄ p̄ illū Mat. 7. A fructū eo p cognoscet tu. Rationē autē exclusionis subdit dices. Olim putatis tu. Et primo ponit eorū opinionē. Secundo excludit eā. Op̄inio autē istorū erat q; apostolus quasi reus et culpabilis omnia verba ista epistole viceret ad excusationē suā et q; non essent vera sed ad excusandum tantū inuenta. et ibo ponens hanc opinionē ipsorum dicit. Vos putatis olim id ē a principio huius epistole q; excusemus nos ap̄ vos id est q; hec verba non sint vera sed fint ad excusandum cōficiata. Hanc autem excludit sic. Qui enim sic excusat se duo habet. Unum est q; nō vtitur verbis veris sed conficiis Aliud est quia non vult pati detrimentū fame sue et glorie. Unde specialiter propter dispēndium fame aliqui excusant se. Sed neutrū istorum est in nobis. Non ergo vera ē opinio vestra. q; autē neutrū istorum sit in nobis patet. Nō enim dicimus verba falsa quod probō. Primo per testi monium dei. quia corā deo loquimur. Quasi dicat. Teste deo hoc in veritate dico Job. 16. Ecce ī celo testi me tu. Secundo per testimonium Christi. quia in Christo loquimur id est per Christum in quo nulla est falsitas. 5. Secundo ex sinceritate sicut ex deo in Christo loquimur. Item non q̄ r̄mus gloriā nostrā nec tumenemus infamiam. quia omnia q̄ dixi et de revelationib⁹ et de tribulationib⁹ facio seu dico ppter vestram edificationem. ut scilicet permaneat in virtute et expellatis p̄le. Romano. 14. Que edificationis sunt inuidie tu. 1. cor. 14. Omnia ad edificationem fiant. Iohann. 12. Non propter me hec vox venit sed propter vos tu.

## Lectio sexta.

Tomeo enim ne forte cuz venero: mō quales volo inueniā vos. et ego inueniar a vobis qualem non vultis. ne forte contentiones. emulationes. animo stites. dissensiones. detractiones. susurrations. inflatiōes. seditiones sint inter vos. Ne iterū cuz venero humiliet me deus ap̄ vos et lugeam multos ex his qui ante peccauerunt et non egerunnt penitentiam super imundicia et fornicatioē et impudicitia qua gesserunt.

Posita una causa cōmendationis que puenit ex omissione corinthiorū quantum ad ea q̄ facere debuissent: in qua detectatur eorum ingratitudinē: hic consequenter ponit aliam causam que puenit ex eorum cōmissione quantum ad mala que debuissent vitare. In qua exaggerat eorum maliciam: Et circa hoc duo facit. Primo ponit eorum culpan in generali. Secundo explanat eam in speciali ibi. Ne forte tu. Dicit ergo. Nō solū laudau me propter hoc et vos omisistis me laudare: sed etiam propter periculū veltrum: quod est in hoc et vos adhereris pseudo. q; dū fouent vos in peccatis exponunt vos in magno periculo et ideo dicit. Tomeo scilicet ne forte cuz venero ad vos personaliter non inueniā vos quales vos volo scilicet iustos sed peccatores et incorrectos et displicatis mibi et ego vobis. quia iusto non placent peccatores inquitum peccatores. Et inueniar talis a vobis contristatus et puniens q̄lem me non vultis habere. Malū enim odiunt contentiones et veritatem. ergo inimicus factus sum vobis verū dicens vobis tu. Sic patet eorum malicia in generali scilicet et timebat ne nondū plene penituerint. In speciali etiā manifestat eorum maliciam cu dicit. Ne forte contentiones tu. Et circa hoc duo facit. Primo enim enumerat eorum mala p̄sentia. Secundo cōmemorat preterita mala de quibus nondū penituerint ibi. Ne iterū cuz venero tu. Scindit enim autē circa primū et corinthios post conversionem inciderunt in peccatum carnale ppter illū qui vxore patris habuit. et de hoc in hac parte correcti sunt per primā epistolam non tamē plene. Sed adhuc aliiquid in eis remansit et supra hoc remanserunt in eis multa peccata spūlia que proprie opponuntur charitati. Charitas vero duo facit. Primo enim facit corda hominū ad inuidē consentientia. Secundo inducit homines ad mutuū p̄fuctum. Et ideo peccata spiritualia econtrario primo faciūt homines ad inuidē dissentientes. Secundo faciūt eos inuidem offendentes. Et ideo primo enumerat peccata spiritualia que pertinet ad dissensionē. Secundo ea que faciunt ad offensionē ibi. Detractiones tu. In dissensionibus autē procedit ordine retrogrado. Nam finē rectū ordinē homines primo dissident inquitū unus vult unū: alius vult contrariū. Secundo ex hoc procedunt ad inferendum documenta. Inquitū quilibet vellet obtinere in proposito suo. Tertio quando nō potest obtinere in p̄posito suo sed succubit accendit zelo inuidie. Quarto ex hoc prorūpit ad contentiones verboꝝ et ab isto ultimo incipit apostolus dicens: Ne forte contentiones tu. Quasi dicat. Non solū tomeo mala vestra in generali sed etiā in speciali. ne forte sint in vobis contentiones de meritis prelatorū et de baptistis tu. prouerb. 20. Honor est homini qui separat se a contentionebus tu. Ambrosi. Contentio est ipugnatio veritatis cuz confidentia clamoris.

# Explanatio sancti Thome

Et hec contentio venit ab emulatione. Et ideo dicit: Et emulationes id est inuidie in his qui minores sunt et minus habent. Jacob. 3. Abi zelus et contentio ibi inconstantia rc. Job. 5. Parvulus occidit inuidia rc. Sap. 2. Inuidia dyaboli rc. Et emulatio venit ab animositate. Unde dixit. Animositates in ultione et illatione nocemēti. Eccl. 8. Cum audace ne eas rc. Et animositas vēit ex dissensionibus. Et ideo dicit. Dissensiones: odia et contrarietas animoz. Romaoz vli. Obseruetis eos q̄ dissensiones et offendicula rc. i. cor. 1. Id ipsum dicatis omnes. et non sint in vobis scismata. Consequenter enumerat eoz mala presentia quantū ad offensionē. Et quia ista specialiter sunt mala in documentis verboz et nō factorum. Ideo dimissis nocumētis factorz. enumerat documenta verborum: in quibus etiā procedit ordine retro grado. incipiens a posteriorē et hoc est cuz quis expresse malum dicit de aliquo. Et si quidem in manifesto: sic est detractor. Et ideo dicit detractiones. Romaoz. 1. Detractores deo odibiles rc. Si vero in occulto: nūc ēsusuratio. Et ideo dicit susurrones: qui latenter seminant discordias. Eccl. 28. Susurro et bilinguis maledictus erit. Et hec duo procedunt ex superbia: que animū inflatum contra aliquos protrūpere facit in mala verba. Et ideo dicit: Inflationes. i. cor. 4. Tamq; non sūm venturus ad vos sic inflati rc. Et hec inflationes veniunt ex seditionibus que sunt preparationes partī ad pugnā. quia inter superbos sempurgia sunt. prouerb. 13. Et ideo dicit. Sedditiones id est tumultus ad pugnā. prouerb. 17. Semper iurgia querit malus. Sic ergo patet eoz malicia q̄tum ad mala presentia que multa sunt: et in dissensionib; et in documentis. Manifestat autē eoz malicia q̄tus ad mala preterita de quibus non penituerūt cū dicit. Timeone itez cū venero humiliet me deus id est affligat apud vos. ita q; et lugeam multos vestrū ex his qui ante peccauerunt: ante primā epistolā et non egerunt penitentiaz plene post primā epistolam. Et merito lugea. quia sicut gloria a patris est gloria filiorū. ita confusio patris est confusio filiorū. Sic samuel lugebat saul. i. reg. 15. Usquaque lugens saul rc. Et hoc quia non penituerūt nec egerunt penitentia de peccatis carnalibus predictis quoq; quedam sunt contra naturā. Et ideo dicit: De imunditia id est luxuria contra naturā. Quedam sunt que committuntur cū mulieribus corruptis scilicet viduis seu coniugatis. Et ideo dicit. Et in fornicatione. Quedam sunt que fiunt in corruptione virginum. Et ideo dicit. Et impudiciū curia quaz gesserunt assidue Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis: que sunt fornicatio: imunditia: ipudicitia rc.

## Lapitulum tredecimū.

Ce tertio hoc venio ad vos. vi

e ore duoz vel trium testiuoz stabit omne verbū. Predixi em et pre dico: vt presens vobis: et nūc absens his qui ante peccauerunt et ceteris omnibus. quoniam si venero iterum non parca. An experimentū queritis eius qui in me loquitur christus. Qui in vobis non infirmatur sed potens est in vobis. Nam et si crucifixus est ex infirmitate. sed vivit ex virtute dei. Nam et nos infirmi sumus in illo: s; viuimus in eo ex virtute dei in vobis. In precedentibus apostolus multa locutus est ad detectionē pseudo: hic consequenter loquitur contra illos

qui a pseudo sunt seducti. Et circa hoc duo facit. Primo increpat seductos. Secundo consolatur persistentes. ibi Decetrum fratres gaudente rc. Circa primum primo comunitur sententie severitatē. Secundo ostendit suā iudicari am potestate ibi. An experimentuz queritis rc. Tertio monet ad correctionē ibi. Non metipos tēpate rc. Circa primum primo promittit suā presentiā. Secundo p̄det minatur severā sententiā ibi. Predixi em et predico rc. Promittit ergo primo suum aduentū dicens: Ecce ego venio. quasi dicit. Certum sit vobis q; venio ad vos. et ideo cauete vobis ne inueniāt vos ipsaratos et dicit. Tertio non q; tertio iuerit: sed quia tertio iam parauerat ire sic et non iuerit nisi semel: in secundo apparatu impeditus. i. cor. 4. Ut enim ad vos cito rc. Eleiaz inq; et iudicabo malos sūm ordinē. tamē ita scilicet q; in ore duoz rum vel triū testimoniū seu testantū contra aliquem sit omne verbū accusatorū. qd; quidē dicit Deus. 17. Memo occidetur vno teste dicente testimoniū et eiusdem. 19. Non stabit testis unus contra aliquē. Vel alit. In ore duoz rc. Quasi dicit. Illoc quod dico de aduentu meo ad vos ita est certū sicut testimoniū duoz vel triū. Sic ergo ordo iudicij erit. Sed severitatē sententiā comunitur dicens: Predixi em rc. Ubi primo insinuat orationem iudicariū quo est procedendū. in quo exigēt ut p̄cedat tria ammonitio: quātū ad hoc dicit. predixi vobis ut presens: bis quando scilicet eram vobiscū et nūc absens predico. ut sic ter ammoveat. predico inq; his q; ante peccauerunt et omnibus alijs. Quasi dicit. omnes moneo. Secundo premissa monitione comunitur sententiam. Unde dicit. Quoniam si venero non parca iterum. Quasi dicit. Illis qui peccauerunt peperi prima vice. sed si iterum peccauerint. vel si non egerint penitentiam non parcam eis iterum. Et hoc iuste fit. quia ille cui semel remittitur et iterū peccat. si remitteretur sibi cresceret in malitia et efficeretur insolens. Et ideo dicit sapiens prouerb. 13. Qui peccat virge odit filii suoz rc. Ex hoc ergo ordinatū est in ecclesia ut precedat tria monitio ante q; quis sententiā excommunicationis fulminet. quia contingit q; aliqui licet sint in peccatis et offendunt: ramen ex solo verbo ammonitionis corriguntur et satisfaciunt. Et ctiam a leuioribus semp̄ incipiendū est. q; si ammonitione non ducitur ne magis insoleat adhibenda est severitas sententie Eccl. 8. Ex eo q; nō perf̄ citō sententia rc. Consequenter ne possint calumniant de potestate apostoli ostendit apostolus suā iudicariā potestate dicens. An experimentū rc. Ubi tria facit. Primo ostendit se habere legationē et potestate iudicandi a xp̄o. Secundo ostendit virtutē xp̄i ibi. Qui in vobis non infirmat rc. Tertio ostendit q; virtus christi etiā ad alios derivatur ibi. Nam et nos infirmi sum⁹ in illo. Dicit ergo si venero nō parca tūmo severissime iudicabo. et hoc bene possū. quia habeo auctoritatē christi in puniendo et remittendo. S; 2 Nam si quid donauis vobis rc. 5. prouerb. 10. Legatione fungimur rc. Et ideo dicit An experimentū rc. Quasi dicit Non est dubitandum de potestate mea. quia quicquid ego loquor vel proferō sententias vel remitto vel predicando: loquor a xp̄o. Erod. 4. Perge ego ego ero in ore tuo. Lucc. 21. Ego dabo vobis os et laetitiam rc. Que ergo homo facit ex instinctu spiritus sancti dicitur q; spiritus sanctus facit. ideo apostolus quia a christo mot⁹ hoc loquebatur: attribuit christo tāq; principali dicens. Qui in me loquitur xp̄s rc. Sed ne dubitetur de potestate et virtute christi. ideo consequent apostolus ostendit virtutem christi cuz dicit. Qui in vobis rc. Ubi primo ostendit virtutem christi quantu⁹ ad ea q;

# In epistolā II ad Corinthios XIII

in eis apparuerunt. Secundo quantū ad ea que in christo sunt ibi. Nam r̄ si rc. Dicit ergo habeo potestatē iudicariam a christo qui in me loquitur qui magne virtutis est in vobis dando dona gratiarum: distributionē spiritus et alia multa que experti estis et non solum non insirmatur sed potens est in vobis. quia potenter vos liberauit a peccato: potenter vos conuertit ad bonū. p̄. Domini fortis rc. Sapient. 12. Subest tibi cum volueris posse. Et paulo ante Virtutē em̄ ostēdis tu. rc. Et nō solū potentia christi apparuit in vobis sed etiā in seipso sc̄z inquantū a morte crucis quā sustinuit ex infirmitate humana quam aīsumpsit infirmatā in paupertate surrexit et viuit ex virtute dei que est est ipse deus. Talis enim erat illa suscepio que deum hominē faceret et hominem deum. 1. corinth. 1. Quod infirmus est dei fortis ē hominibus rc. Tel ex virtute dei scilicet patris qui est etiā virtus christi. quia eadem est virtus patris et filii. Apostolus. 1. Fui mortuus rc. Hec etiā virtus christi deriuatur ad nos. Nam et nos infirmi rc. quasi dicit Ad nos etiam pertinet illa virtus. quia et nos infirmi sumus in illo id est ad intentionem illius inquantū propter ipsuz multa patimur et mortificamus nosmetipos et humiliamus nos. 1. corinth. 4. Nos infirmi propter christum rc. supra. 10. Presentia corporis infirma. 5. 4. Semper mortificationem rc. et ideo viuemus id est viuiscibimus ex virtute dei in vobis iudicando. Gal. 1. Qui suscitauit iesum christum rc. et est sensus. Nos ex virtute qua christus viuit resuscitam⁹ et illa virtute habemus etiā potestatem iudicandi in vobis. Tel viuemus simili beatitudine cum eo et hoc ex virtute dei: que quidem virtus dei est in vobis id est in conscientiis vestris.

## Lectio secunda.

Os metipos temptate si estis in fin. v de ipsi vos probate. An nō cognoscitis vosmetipos. quia christus iesus in vob est. Nisi forte reprobi estis. Specio autem q̄ cognoscitis. quia nos non sumus reprobi. Oramus autem deum ut nihil malum faciat. non vt nos probati parcamus: sed vt vos quod bonum est faciat. Nos autem vt reprobi simus. non possumus em̄ aliquod aduersus veritatē: sed pro veritate Gaudemus em̄ quoniam nos infirmi sumus. Tlos autem potentes estis hoc et oram⁹ vestrā cōsumationē. Ideo enī hec absens scribo. vt non presens durius agam scđm potestatem quā dominus dedit mihi in edificationē et non in destructionē.

post comminationē severi dei iudicij: subdit apostol⁹ ammonitionē ad preparationē vt iudiciū severum nō patiantur. Et primo ponit ipsam ammonitionē. Secundo rationē ammonitiōis assignat ibi. Ideo hec absens scribo rc. Circa primum duo facit. Primo ponit ammonitionē. Secundo excludit falsam suspicionem ibi. Oramus autem ad deum rc. Circa primum duo facit. Primo monet vt se examinent. Secundo innuit quid p̄ hū iusmodi examinationem inuenire possint ibi. Aut nō cognoscitis rc. Circa primum sciendū est q̄ ille qui secure vult comparere in iudicio: debet se primo examinare de factis suis et sic poterit scire vtrū tute compareat. Et ideo apostolus monet: vt antequā veniant ad iudicium quod

erit in aduentu suo ad eos: examinēt se dicens: Vosmetipos examineat et considerat acutus vestros. 1. thessal. 5. Omnia probate: quod bonū est tenete rc. Monet autem vt de duobus se examinat scilicet de fide. Unde dixit. Si estis in fide quā predicas vobis et a me accepistis de domino iesu christo an excideritis ab ea et sit prolapsus in altam. Et hoc necessarium est. quia. 1. corinth. 11. dicit. Si nosmetipos iudicaremus⁹ rc. Iere. 2. Vide vias tuas rc. Pr̄ de operib⁹. Unde dicit. Ipsi vos probate scilicet an sitis in operibus bonis. et vtrum conscientia remordeat vos: aliquid mali fecisse. Et hoc vtile est. quia. 1. cor. 11. dicitur Probat autem seipius homo rc. Gal. 6. Opus suū probet vniuersitatis op̄. Consequenter cum dicit An non cognoscitis rc. Ostendit quid per hūi modi examinationem inuenire poterunt. Et primo quid inueniāt in seipso. Secundo quid inueniant in apostolo ibi. Spero autem rc. In seipso autem duo inuenire poterunt per examinationē. quia aut scient se tenere fidem et sic inuenire poterunt et cognoscere q̄ christus sit in eis. et hoc est qđ dicit. An nō cognoscitis vosmetipos: quia christus in vobis est. Et junctū si examineretis vos sciretis vobis habere fidem et cognoscetis q̄ christus est in vobis. Quasi dicat. Sic. quia vbi est fides christi ibi est christus. Eph. 3 Habitare christum per fidem. 1. corinth. 6. Nescitis q̄ corpora vestra templū rc. Aut scient se non tenerē fidem et sic inuenient et sint reprobi. Et ideo dicit. Nisi forte reprobi estis id est vere inuenieris vos habere christū nisi forte dimiseritis fidem et reprobi sitis ab eo qđ prius habuistis per fidem Iere. 15. Reliquisti me: retrosum abiisti. Iere. 6. Malicie eorū non sunt consumpti argenti reprobus rc. Sed hic questio est litteralis de hoc quod dicit An non cognoscitis rc. Nam christus in eis solū manet qui habent charitatem. vt dicit. 1. Johā. 4. Deus charitas est rc. Si ergo cognoscimus q̄ christus per fidem sit in nobis. oportet q̄ hoc sit per fidem formatam. Cognoscētes ergo hoc modo christum esse in nobis sciemus nos habere charitatem quia informatur fides. quod qđ est contra id Ecclesiasticus. 9. Nemo scit vtrum odio rc. Respondeo dicendum est q̄ habitare christum in nobis potest accipi dupliciter. Tel quantum ad intellectū Tel quantum ad affectū. Si quantum ad intellectū sic ipse habitat in nobis per fidem informē. Et hoc modo nihil prohibet nos per certitudinem scire q̄ christ⁹ habiter in nobis scimus nos tenere fidem: quam ecclesia catholica docet et tenet. Si vero quantum ad affectū sic habitat christus in nobis per fidem formatā et hoc modo nullus potest scire q̄ christ⁹ habiter in nobis vel q̄ habebamus charitatem nisi per revelationem et specialem gratiam alicui concedatur per certitudinem: per quandam tamē conjecturā nihil prohibet nos scire posse q̄ in charitate simus: quando scilicet quis inuenit se taliter para tum et dispositum vt nullo modo propter aliquod tempore velle aliquid facere contra christum. 1. Johā. 3. Si cor nostrū nō reprehenderit nos rc. Pater ergo q̄ apostolus loquitur quantum ad primum modum. Tel etiam loquitur de cognitione que est per conjecturam quandam vt dictum est. Argumentū autem procedit quantum ad secundum modum et de cognitione que est per certitudinem. Quid autem in apostolō possint inuenire subdit videntur. Spero autem rc. Nam quia isti corinthi possent dicere Nos non sumus reprobi: sed ideo non tenemus documenta tua quia nō sunt recta sed reprobadā. et ideo dicit. Quicquid sit de vobis tamen spero q̄ ex vita et doctrina nostra quam ostendi vobis cognoscetis q̄ non sumus reprobi et non docuimus mala nec exclusi sumus a potestate quam dicim⁹ nos habere. Ecclesiasticus. 19. Ex his

# Explanatio sancti Thome

Si cognoscitur vir Matth. 7. A fructibus eorum rete. **C**o sequenter cum dicit Oramus autem tecum. Excludit suspi cationem. Cominatus enim fuerat eis iudicium severum cum ostenderat potestatem suam in iudicando et index erat examinationem: credens christum in eis esse nisi ipsi essent reprobati. Sed tamen hoc dimittit sub dubio utrum sit christus in eis. Et quia isti possent credere et suspicari quod apostolus gauderet de hoc quod essent reprobati: ut ipse in comparatione ad eos maior appareat: et ut in eis posset exercere severius iudicium. Ideo apostolus hanc suspi cationem remouet hic. Primo per orationem quam propter eis ad deum dirigit. Secundo per gaudium quod de eis co cepit ibi. Gaudemus enim tecum. Quat autem ut ipsi inueniantur innocentes. quia examinatur ex severitate iudicii. Et ideo dicit. Oramus autem scilicet deum ut vos nihil mali faciatis. Quasi dicat. non credatis quod velimus quod sities reprobati. Oramus ut nihil tecum. Itē orat et ipse appareat in firmis per quod excluditur appetitus excellente apostoli in comparatione ad eos. Et ideo dicit. Non scilicet oramus ut probati parcamus id est non ut nos comedendum pbat in comparatione ad vos sed magis ut vos quod bonum est facias. Salathas. 6. Bonum autem facientes tecum. p. 5. Uiriliter agite et confortetur cor vestrum. Mos autem ut reprobatis sumus amittendo potestatem puniendi et iudicandi. quia ubi non est culpa omnes sumus pares et unus non habet potestatem iudicandi super alios. Magis ergo vult apostolus ut sint boni quod ut subiecti sunt iudicium sui. Et quod caret potestate iudicandi si boni sint ostendit cuius dicit Non enim possumus tecum. Quasi dicat. Mos non laboramus nisi pro veritate et pro ipsa statim. Constat autem quod si puniremus innocentibus faceremus contra veritatem et contra iustitiam. Unde cum apostolus non possit facere contra veritatem sed pro veritate id est pro iustitia. manifestum est quod non puniet innocentibus. Motan dum est secundum augustinum in gloria quod ad vitandum peccata necessaria sunt duo scilicet liberum arbitrium et gratia dei. Si enim liberum arbitrium non esset necessarium: nunquam darentur homini precepta nec prohibitiones nec exhortationes. Frustra etiam darentur pene. Gratia enim est necessaria. quia nisi deus omnes regeret per gratiam suam non posset homo stare. Frustra etiam owaremus quod non inducat nos in temptationem. Et ideo apostolus ostendens virtus esse necessariam: et orat deum pro gratia obtinenda: et monet ut per liberum arbitrium recedant a malo et faciant bonum. Unde dicit. Oramus quantum ad primū: Ut nihil mali faciatis quantum ad secundū. **C**onsequenter cum dicit Gaudemus tecum. Remouet falsam suspicionem propter gaudium de bono ipsorum conceptum. Et primo ponit gaudium quod de ipsorum innocentia concipit. Secundo orationem quam pro ipsorum perfectione emittit ibi. Hoc autem oramus vestram tecum. Dicit ergo Oramus quod vos probati pareatis sed nos infirmi et hoc apparet ex affectu nostro. quia gaudemus quod scilicet aliqui sint inter vos boni et innocentes ex quo subtrahitus nobis potestas iudicandi et videtur infirmi. Et hoc est quod dicit Gaudemus quantum nos infirmi sumus id est non exercentes potestatem nostram. Vos autem potentes id est sic bene agentes et virtus vincentes et subtrahitis vos a potestate nostra iudicandi. Cum enim aliquis male agit subdit se potestati iudicis. sed bene faciendo repellit illam a se. Romanorum. 13. Tis non timeremus potestatem. Benefac. tecum. 1. corinthio. 2. 4. Mos infirmi vos fortis. De isto gaudio dicitur philippi. 2. Gaudemus deo et congratulor vos tecum. Et non solum de his gaude mus: sed etiam super hoc oramus vestram consummationem id est perfectionem. In rebus enim naturalibus vi

venimus quod quelibet res naturalis naturaliter tendit ad suam perfectionem: ad quam habet naturale desiderium. Et ideo cuilibet rei datur virtus naturalis ut ad suam perfectionem naturalem possit pervenire. gratia autem datur homini a deo per quam homo perveniat ad suam ultimam et perfectam consummationem id est beatitudinem ad quam habet naturale desiderium. Unde quando aliquis non tendit ad suam perfectionem: signum est quod non habet satis de gratia dei. Et ideo apostolus ut isti possint in gratia crescere orat ut perficiantur. et Philip. 1. Ora ut charitas veltra tecum. Eph. 6. Ut possitis resistere in die malo tecum. **C**onsequenter posita monitione causa monitionis assignat dices: Ideo absens scribo tecum. Ideo absens scribo vobis hoc monitione vos ne scimus cogas aliquid facere contra voluntatem meam que est ut nihil dure agas contra vos nisi quatenus per vos copellar. Et ideo dicit. Ut non presens vobis: durius agam contra vos quod velim vel quod veletis. Cap. II. Hos quidem tangit pater moniens probasti tecum. 5. 10. Absens confido in vobis. Rogo autem vos ne presens audeam tecum. Sed quia corinthii possent dices re nunquid etiam si bene fecerimus: non poteris contra nos o apostole dure agere. ideo responder dicens Non. quia non propono nec possum agere: nisi sedem quod recepi a deo potestatem. deus autem dedit mihi banc potestatem scilicet ligandi atque soluendi in edificationem non in destructionem id est ut vos edificemini et non ut destruamini. Et si dure vos corrigem non edificarem sed destruerem. 5. 10. De potestate nostra quam dedit nobis dominus minus ad edificationem tecum. Hanc autem potestatem dedit dominus paulo Actuum. 9. 1. 13. Segregate mihi barabam et paulum ad opus tecum.

## Lectio tertia:

**D**ecetero fratres gaudete perfecti estote: exhortami: id est sapite: Pacem habete: et de pace et dilectionis erit vobis secundum Salutem in uiuenciam in osculo sancto Salutem vos omnes sancti. Gratia domini nostri iesu christi et charitas dei et comunicatio sancti spiritus sit cum omnibus vobis Amen. In precedentibus apostolus increpauit seduceros a pessimo: hic vero consolatur persistentes in fide et doctrina sua. Et primo ponit monitionem. Secundo subdit salutationem ibi. Salutare in osculo. tecum. Circa primum primo ponit monitionem. Secundo premium implete monitionem ibi. Et deus pacis tecum. Monet autem ad tria. Primum qualiter se habeant in seipsis. Secundo qualiter se habent ad proximos. Tertio qualiter debent esse omnes ad uiuenciam. In seipsis autem debent bona duo habere. Primum gaudium de bono habito et quantum ad hoc videtur. Decetero fratres qui constantes fuistis gaudete in his que ad seruicium dei faciuntur. Et hoc est necessarium ad hoc quod sicut iusti et virtuosi. quia nullus est virtuosus seu iustus qui non gaudet iusta et virtuosa operatione. Et ideo dicitur in psalmis. Jubilate deo omnis terra: seruite domino in leticia. philippienses. 4. Gaudete in domino semper. iterum dico gaudete tecum. Et vere semper est gaudium. quia gaudium conservat hominem in bono habitu. quia nullus potest esse diu in eo quod tristat. Secundo debent habere boni in seipsis emulationem perfectionis. et quantum ad hoc dicit. Perfecti estote. id est semper tendatis ad profectum. hebreorum sexto. Quia preceptor intermitentes inchoationis christi sermonem.

# in epistolam II ad Corinthios XIII

ad perfectionem rc. Non est autem hoc quod hic dicitur preceptum scz q homo sit perfectus: sed hoc q semper tendat ad perfectionem: et hoc est necessarium: qz qui non studet ad proficiendum est in periculo deficiendi. Si demus enim q nisi remiges conentur ascendere: nauis semper descendit. Et ideo dicebat dominus. Marci. 6. Estote per secti. rc. Proximis autem est impendenda exhortatio ad bona. Et quantum ad hoc dicit. Exhortamini. rc. Eccl. 17. Unicusq mandauit de proximo. rc. Ro. 12. Qui exhortatur in exhortando. Apoc. vlt. Qui audiit dicat veni. Communia autem omnibus debent esse duo scilicet ut idem sapiant. Et ideo dicit. Idem sapite: et vi pacem habeant. Et ideo dicit. Pacem habete. Et hec duo ita se habent q vnum est exterius: aliud interi. Constat enim q corpora non possunt seruari et ordinari nisi membra ordinentur ad invicem. Similiter nec ecclesia nec ecclesie membra nisi ordinentur et vniuersit ad invicem. Est autem duplex vno necessaria ad membra ecclesie vniuersa. Una est interior ut scilicet idem sapient p fidem quantum ad intellectum idem credendo: et p amorem quantum ad affectum idem diligendo. Et ideo dicit. Idem sapite. i. idem sentiat q de fide et idem diligatis affectu charitatis: quia tunc est vera sapientia quando ope ratio intellectus perficitur et consumatur per quietationes et delectationem affectus. Unde sapientia dicitur quasi sapida scientia. Roma. 15. Ut si vnamimes uno ore homonificeris deum. rc. pmo. Cor. 2. pmo. Id ipsum dicitis rc. Pbil. 2. Idem sapiatis rc. Alio est exterior scilicet Pax. Et ideo dicit. Pacem habete inter vos. Heb. 12. Pacem sequimini et vobis. Inquire pacem. 2. Thes. 3. Ipse deus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. Consequenter cum dicit. Et deus pacis et dilectionis erit vobis ponit premium quod redditur impletibus monitionem predictam. Quasi dicit. Si seruabitis pacem inter vos deus pacis et dilectionis erit vobis. Circa quod notandum est q apud gentiles consuetum erat q aliqui ex donis denominabant deos quia licet es set vnum deus tantum tamē singula dona sua denominabant deos ex illis donis sicut ex dono pacis denominabant deus pacis. et ex dono salutis deus salutis. Huic vocabulo alludens apostolus dicit Deus pacis. rc. no q Pax sit vnum deus. sicut illi dicebant. sed ideo xp̄us dicitur deus pacis quia est dator pacis et amator. Job. 14. Pacem meā do vobis rc. pmo. Cor. 14. Non ē deus divisionis h̄ pacis. Roma. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris rc. Ipse etiam ē auctor pacis. Job. 16. In me pacem habebitis rc. Ipse in pace habitat. ps. In pace facinus est locus eius. rc. Item non solum ē deus pacis sed etiam dilectionis. Et ideo dicit. Deus pacis et dilectionis erit vobis. et hoc ideo est quia qui ē in vera pace cordis et corporis ē in charitate et qui manet in charitate in deo manet et deus in eo. vt dicitur pme. 4. et quia homo nō meret nisi per pacem et dilectionem. Job. 14. Si quis diligit me. rc. Consequenter cum dicit. Salutare inuicem in osculo rc. Ponit salutationem et circa hoc primo indicit eis mutua salutationem. Secundo salutat eos ex parte aliorum. ibi. Salutare vos rc. Tertio salutat eos ex parte sua ibi. Gratia dei rc. Mutuam salutationem indicit facienda per osculum. Unde dicit. Salutare inuicem vniuersis in osculo sancto. Ubi notandum est q osculum ē signum pacis Nam per os in quo datur osculum homo respicit. Et ideo quando homines dant sibi mutua oscula signum est q vniuersi spiritus suum ad pacem. Est autem pacis similitudine et hec ē eorum qui loquuntur pacem cū proximo suo mala autem. rc. vt dicitur in ps. Que quidem sit per osculum fraudulentia Proverbo.

27. Meliora sunt verbera diligentis rc. Est et pax mala et turpis quando scz conueniunt ad malum faciendum. Sap. 14. In magnoviuente in scientie bello rc. Et hec sit per osculum libidinosum. Prover. 7. dicitur de mala muliere et apprehensum de osculari iuuenē. rc. Est et pax sancta quā facit deus. Pbil. vltimo. Et pax vni q exuperat rc. et hec fit per osculum sanctum quia vnit spiritum ad sanctitatem. Et de hoc osculo dicitur hic. In osculo sancto. Et ex hoc inoleuit consuetudo et fideles et sancti viri in signum charitatis et vniōnis se oscularunt. Et datur pax in ecclesijs in osculo sancto. Ex parte autē aliorum salutat eos dicens. Salutare vos sancti omnes quia omnes sancti et fideles sperant et desiderant ac orationibus procurant salutem nostram. Unde omnes fideles christi ad invicem sperant et desiderant sibi salutem ps. Participerem me fac deus. rc. Ex parte autem sua salutat eos apostolus dicens. Gratia domini nostri. rc. Ubi sciendum est q duplex est modus appropriandi ali⁹ quid diuinis personis. Unus est essentialiter: alius causality. Essentialiter autem appropriatur diuinis personis sicut patri potentia. quia ipse est potentia essencialis in quantum est principium. Filio sapientia in quantum est verbum. Spiritui sancto amor in quantum est bonitas. Hic vero apostolus nō appropriat ista hoc modo scilicet per essentialiam: qz sic omnia appropriarentur spiritui sancto: sed appropriat per causas. Et ideo cum gratia sit donum quo dimittuntur nobis peccata. Roma. 3. Iustificati gratis rc. Et remissio peccatorum sit nobis facta per filium qui carnem nostram accipiens pro peccatis nostris satisfecit. Job. pmo. Gratia et veritas rc. Propter hoc apostolus attribuit gratiam christo. Unde dicit Gratia domini nostri. rc. Charitas autem ē nobis necessaria quia oportet nos vniiri deo. prime Job. 4. Qui manet in charitate in deo manet. rc. Et quia hoc est a deo parent in quantum ipse sic dilexit mundum et filium suū vniū genitum daret. vt dicitur Job. 3. Roma. 5. Commendat autem deus suam charitatem. Ideo sibi ut principio istius charitatis attribuit charitatem cum dicit. Et charitas dei scilicet patris. Communicatione vero diuinorum sit per spiritum sanctum quia est distributor donorum spiritualium prime Cor. 12. Hec omnia operatur unus at q idem spiritus. Et ideo spiritui sancto attribuit communicationem cum dicit. Et communicatio spiritus sancti. Uel attribuit sibi hoc. qz ipse est communis alijs duabus personis. Sic ergo apostolus in salutatione sua operat omnia necessaria cum dicit. Gratia domini nostri iesu christi et charitas dei et communicatio spiritus sancti sit semper cum omnibus vobis Amen. Gratia xp̄i qua iustificamur et saluamur charitas dei patris qua sibi vniū mur: et communicatio spiritus sancti diuina nobis dona distribuentis. Amen

Explicit aurea expositio super secunda epistola ad corinthios angelici doctoris sancti Thome de aquino ordinis predicatorum.

# Explanatio sancti Thome

Incipit mirabilis explanatio sanctissimi  
doctoris Thome de aquino ordinis predi-  
catorum super epistolam ad Galathas.

## Prologus

# Eterna nouis

superuenientibus projicietis. Les-  
uitici. 26. Hec verba competit pre-  
senti epistole. In qua apostolus re-  
darguit galathas qui intantū sedu-  
cti fuerunt a pseudo ut simul serua-  
rent legalia et euangelium quod apls is-  
properat eis in verbis pmissis dicens: Eterna nouis su-  
peruenientib⁹ projicietis. In quib⁹ verbis innuit dñs  
quadruplicem vetustatem. Prima vetustas est erroris: de  
qua Esa. 2. 6. Utetis erroris ab ijs. t hec remota est per nouis-  
tatem doctrine xp̄i. Mar. pmo. Que est hec noua doctri-  
na. Secunda vetustas est figure. de qua Heb. 8. Cōsumas-  
bo super domū dauid et sup iuda testamentū nouū nō se-  
cūdū testim qd feci patribus eoz. Ubi primo ostendit p-  
mū testamentū esse vetustū et hoc renouari p nouitatem  
gratia seu veritatis p̄sente xp̄i. Jere. 31. Nouū faciet do-  
minus super terrā rc. Tertia est vetustas culpe. de qua  
ps. Quoniam tacui cōfitemendo. s. peccata mea inueteraves-  
runt rc. t hec renouat p nouitatē iusticie. Ro. 6. In no-  
uitate vite ambulemus rc. Quarta est vetustas pene.  
Tren. 3. Vetustam fecit pellel meā: t hec renouabitur  
per nouitatē glorie. de qua nouitate Esa. vltimo. Ecce  
ego creo celū nouum rc. Apoc. 21. Dixit qui sedebat in  
throne. Ecce noua facio emnia.

## Capitulum primum.

Aulus apostolus nō ab hominib⁹  
neq; p hominē: sed per iesum xp̄m  
et deū patrem qui suscitauit eum a  
mortuis: t qui mecum sunt omnes fratres ec-  
clesijs galathie. Br̄a vobis et pax a deo pa-  
tre nostro et dño iusu xp̄o. qui dedit semet-  
ipsū pro peccatis nostris ut eriperet nos de  
presenti seculo neq; scđm voluntatez dei et  
p̄is: nr̄i cui ē gloria i secula seculoz Amen  
Scribit ergo apostolus galathis hanc epistolam in qua  
ostendit p veniente grātia noui testamēti debet projici  
vetus testamentum: t impleta veritate deseratur figura  
quibus duabus sc̄z gratia et veritate adeptis perueniat  
ad veritatem iusticie et glorie. Acquirunt autē illa duo  
si obseruantia legaliuz dismissa: obseruantie euāgelij xp̄i  
feruenter insistamus. Ordo autem huius epistole con-  
gruus ē ut post duas epolas ad Corinthis in quarū pri-  
ma agitur de sacramentis ecclesie: in secūda de ministris  
horum sacramentoruz necessarie sequatur epistola ad ga-  
lathas: in qua agitur de cessatione sacramentoz veteris  
testamenti. Diuiditur autem hec epistola in duas pres.  
in salutationē et epilarem narrationem. ibi. Dux et rc.  
In salutatione autem primo ponitur persona salutantis  
Secundo ponit personae salutare ibi Eccl̄is galathie rc.  
Tertio bonum optatum. ibi. Gratia vobis rc. Circa pri-  
mam primo ponitur persona salutans principaliter que  
describitur ex nomine et ex auctoritate. Ex nomine quis-  
dem cum dicit. Paulus quod congruit humilitati sue:  
quia interpretatur humilis. Unde dicitur prime Cor.

15. Ego sum minimus apostoloroz. rc. Item congruit o-  
ficio iuo. quia p̄m alium modum interpretatur os tube.  
in quo specialiter est officium predicationis significatus  
Esa. 5. 8. Quasi tuba exalta vocem tuam. rc. Et aucto-  
ritate autem describitur cum dicitur apostolus. Ubi duo  
ponuntur. sc̄z eius auctoritas et auctoritatis origo. Au-  
ctoritas quia apostolus qui missus. CSciendum ē au-  
stendens nomē humiliatis ut in epistola ad romanos.  
In quibusdam vero scribit se apostolum: ostendens au-  
toritatem suam. Cuius ratio est. quia romani superbi  
erant. et ideo apostolus ut inducat eos ad humilitatem  
scribit se seruum in exemplū humiliatis. Galathis vero  
quia stulti erant et superbi ut frāgat eos nominat se apo-  
stolum: et ideo hic ponit auctoritatem suam. Origine au-  
tem auctoritatis sue delcritur cum dicit: Non ab homi-  
nibus rc. Et primo removet originem extimatā. Secū-  
do assignat veram ibi. Sed per iesum christum rc. Ora-  
go autem extimatā erat quia intatū galathe seducti erat  
a pseudo et crederent apostolūlū non esse eiusdem aucto-  
ritatis: quia alii apostoli erant: quia nō fuit doct⁹ a chris-  
to vel conuersatus cum eo sed esset missus ab eis quasi  
minister eorum. Opinione ergo istam removet cum di-  
cit. Non ab hominibus rc. Quidam enim mittebantur  
a toto collegio apostolorum et discipulorū. Et ideo ostē-  
dens se nō esse ab eis missum dicit. Non ab hominibus  
Quidam enim mittebantur ab aliquo apostolorum spe-  
ciali: sicut paulus aliquando mittebat lucam et titum.  
Et ideo ostendens q nec sic missus sit dicit. Neq; p ho-  
minem id est per aliquem apostolorum in speciali: sc̄z per  
spiritum sanctū qui dicit Act. 13. Segregate mibi rc.  
Causa autem originis huīus veritatis vera est christus  
iesus. Et ideo dicit. Sed per iesum christum et deū pa-  
trem. Hec autem distinctio cuz dicit Per iesum christū  
et deū patrem potest accipi vel quantum ad personam  
patris et personam filij. Et tunc aliud est in persona  
deū pater et alius iesus christus. Et vtroq; autem mis-  
sus est beatus paulus ad predicandum et a toto trinitate  
quia inseparabili sunt opera trinitatis. Non fit autem  
mentio de persona spiritus sancti. quia cum sit unū et ne-  
xus duorum: positis personis duabus sc̄licet patris et fi-  
lij: intelligitur etiam spiritus sanctus. Vel potest sumi  
distinctio predicta quanum ad naturam assumptam sc̄z  
humanam: quia secundū naturam diuinā non est distinctio  
inter deū patrem et iesum christum. Et tunc missus est  
paulus per deū patrem sicut per auctores et per iesum  
christum sicut per ministrum. Roma. 15. Dico iesum  
christum ministru fuisse. rc. Quia vero galathe deroga-  
bant apostolo et non fuisse conuersatus cum christo  
sicut alii: nec missus ab eo. Ideo in hoc specialiter ma-  
gnificat se: quia illi fuerunt missi per christum adhuc vi-  
uentem in carne mortali. Ipse vero a christo iam glorifi-  
cato missus est. Ideo dicit. Qui sc̄licet deus pater su-  
scitauit eum sc̄licet ihesum christum inquantum homi-  
nem a mortuis. Quasi dicat. Apostolus sum nō ab ho-  
minibus sc̄licet collegio apostolorum nec per hominem  
sc̄licet christum in mortali carne viuentem: sed sum apo-  
stolus per xp̄in iam suscitatus et glorificatus. Roma. 6.  
Xps resurgens a mortuis rc. Et quia p̄fensa vita signi-  
ficatur per sinistram: futura vero per dexteram: in qua-  
ntum ista est celestis et spiritualis. illa vero temporalis. id  
petr⁹ qui vocatus fuit a xp̄o adhuc ī carne mortalē pos-  
to ponē ī bulla pape ī sinistra p̄e. paulus vero qui voca-  
tus fuit a xp̄o iam glorificato ponitur in parte dextra.  
Consequenter cum dicit. Et qui mecum sunt rc. Po-  
nuntur persone adiuncte salutates quas describis et dul-

# in epistolam ad Galathas 1

et familiaritate: quia mecum sunt sc̄z ad solatium et adiu-  
torium. Proverb. 18. Frater qui iuuatur a fratre. rc. ps  
Ecce q̄ bonū. rc. Item ab inseparabili charitate cum di-  
cit. Fratres. Jo. 13. In hoc cognoscent omnes. rc. Item  
ab vniuersalitate cum dicit. H̄es quod ideo addit: quia  
isti forte erant intantū seducti q̄ dictum paulū nō repu-  
tarent. Et ideo dicit. Omnes qui mecum sunt: vt ostendat  
eos testes esse veritatis suæ: et facile intelligent se er-  
rare dum ab omnibus reprehendunt. 2. Cor. 2. Suffici-  
cit enim q̄ eiusmodi est obiurgatio hec que fit a plurib⁹.  
rc. Personas autē salutatas ponit cum dicit. Ecclesie  
galathie. rc. Ubi sciendū q̄ sicut in glo. tāgīt. Brēnus  
dux senonum olim congregato exercitu intravit italiā  
qua pertransita venit in greciam ante tempus alexandri  
magnum vbi cum essent aliqui de gente sua remanētes in  
vna parte grecie miscerunt se grecis: unde illa prouincia  
gallogrecia dicta ē. Deinde illi galathe fuit appella-  
ti quasi albi. Et licet greci sunt acuti ingenij: namē illi ga-  
lathe stulti erant et instabiles et ad intelligentē tardoies  
sicut et in dociles galli vnde originē traxerunt. Et ideo  
ita dicit eis. O insensati galathe. rc. Igitur ergo scribit  
epistolam hanc. et isti sunt persone salutate. Cōdeque-  
ter cum dicit. Gratia vobis. rc. Ponit bona que eis op-  
rat. Et primo ponit ipsa bona optata. Secundo ipsorum  
bonorum auctorem. ibi. A deo patre. rc. Bona autem  
que eis optat sunt duo in quibus omnia bona spiritua-  
lia includuntur. Num̄ est gratia: que ē p̄incipiū vite  
spiritualis cui in glo. ascribit remissio peccatorum que ē  
p̄imū in vita spirituali. Nullus enim potest esse in vera vi-  
ta spirituali: nisi prius moriatur peccato. Secundum ē  
pax que ē quietus mentis in fine que in glo. dicitur etē  
reconciliatio ad deum: et sic dum optat principiū et finē  
omnium bonorum spiritualium includit apostolus tanq̄  
inter duo extrema desiderium omnis boni eis prouenientiū.  
ps. Gratiam et gloriā dabit dominus. 2. Cor. vlti. Gratia domini nostri. rc. Bonorum autem ipsorum  
auctor est deus pater. et ideo dicit. A deo patre rc. Ubi  
primo ponitur bonorum causa. Secundo causandi mo-  
dus ibi. Qui dedit. Tertio gratiarū actio p̄ ipsis bonis  
ibi. Qui est honor rc. Lauta autem et auctoritas bonorum  
ē deus pater tanq̄ auctor in quantum deus: tota trini-  
tas que dicitur deus omnium per creationem. S̄p. 14. Tu autem pater gubernas. rc. Et ideo dicit. A deo pa-  
tre. Item auctor est dominus iesus christus sicut minister  
Et hoc in quantum homo. Roma. 15. Dico iesum xp̄m  
ministrum. rc. Et q̄ per xp̄m sit nobis gratia. Jo.  
pmo. Gratia et veritas p̄ iesum xp̄m facta est. Et Ro. 5.  
Justificati gratis rc. Pax etiā ē nobis p̄ ip̄m. Job. 14.  
Pacem mēa do vobis. rc. Modus aut causandi boni  
bona ponit cū dicit. Qui tradidit. rc. Ubi primo ponit  
cā efficiens q̄ ē mors xp̄i. Et quādū ad hoc dicit. Qui de-  
dit semetip̄m rc. Quasi dicat. H̄o xp̄s ē auctor gr̄e et pa-  
cis q̄ ip̄i morti dedit se et sustinuit crucē. vnde ip̄a mors  
xp̄i est causa efficiens gratiae. Roma. 5. Justificati graz-  
tis rc. Et Col. pm̄o. Pacificans que in celis rc. Et dicit  
primo. Qui dedit rc. i. sponte se obrulit. Ephe. 5. Uile-  
xit nos christus et tradidit rc. Heb. 2. P̄eo omnib⁹ nos-  
bis gustaret mortem. Tyl. 2. Qui dedit semetip̄m. rc.  
Ex quo manifeste apostolus arguit cōtra eos q̄ si mors  
xp̄i est sufficiens causa salutis nostrae: et in sacramētis no-  
ni testimenti que efficaciam habent ex passione christi  
conferit gr̄a et sufficiū ē simul cū novo testamento ser-  
uari legalia in quib⁹ gratia non confertur nec salus ac-  
seritur: quia nemine ad p̄fectū adduxit lex vt dicit heb. 7  
Secundo ponit finis et utilitas ip̄orum bonorū que ē cā  
finalis: et est duplex. Unus ē vt liberemur a peccatis p̄

teritis: et quantū ad hoc dicit. P̄eo peccatis n̄tis sc̄z pre-  
teritis delendis et expiandis quod est initium n̄re salua-  
tionis. Apoc. pm̄o. Uilexit nos rc. Alius finis ē vt libe-  
raret nos a p̄tate mortis: et quantū ad hoc dicit. Ut eri-  
pereret nos de p̄senti rc. Col. pm̄o. Erupuit nos a p̄tate.  
rc. Et ponit tria sc̄z ut eriperet inquit de p̄senti et secu-  
lo: et neq̄. Ut eriperet trahēdo nos ad eternam per deside-  
rium et ip̄em. De seculo id est de conformitate hui⁹ mun-  
di qui nos allicit ut non ei conformemur. Ro. 12. Molis-  
te conformari huic seculo rc. Neq̄ reducens nos ad ve-  
ritatem iusticie. Et dicitur seculuz nequā nō propter sui  
naturam: cū bonum sit creatum a deo: sed propter mala  
que in eo fiunt. sicut illud Ephe. 5. Dies mali sunt. rc.  
Et Gen. 4. 7. dixit iacob. Dies peregrinatiōis vite mee  
130. annorum sunt parui et mali rc. Et licet hec sint no-  
bis per christum: non tamen excluditur deus pater. Et  
ideo ponitur tertio acceptatio diuine voluntatis. Unde  
dicit ēm voluntatem dei et patris. Patris inq̄ christi p  
naturam qua ab eterno procedit ut verbum. ps. Ego ho-  
die genui te. Job. pm̄o. In principio erat verbum. rc.  
Item patris n̄ri per adoptionem. Jo. pm̄o. Dedit eis po-  
testatem rc. Primo mō li de⁹ pater accipit pro sola per-  
sona patris. Secundo modo pro tota trinitate. Et quia  
a deo patre nostro sc̄z a tota trinitate: hec omnia proue-  
nient nobis per xp̄m. Ideo ipsi sc̄z toti trinitati gloria in-  
sc̄z: honor alijs sit vel est in secula seculorum. id est semper.  
Amen est nota confirmationis. Habes ergo ē summa  
in salutatione predicta auctoritatem apostoli qua eo  
rum superbiam frangit. Virtutem gratie qua eos ad ob-  
seruantiam euangelij prouocat: et insufficientiam lega-  
tum ut ab eis eos reuocet.

## Lectio secunda.

In q̄ sicut tam cito transferimini ab  
m eo qui vos vocauit in gratiā xp̄i in  
aliud euāgelium qđ nō est aliud nisi  
sunt aliqui qui vos conturbāt et volūt con-  
uertere euāgelium xp̄i. Sed licet nos aut  
angelus de celo euāgelizet vobis p̄ter qđ  
euāgelizauimus vobis anathema sit. Si-  
cut prediximus et nunc iterū dico si qđ vo-  
bis euāgelizauerit preter id qđ accepistis  
anathema sit. Adodo enim hominibus sua-  
deo an deo: An quero hominibus placere:  
si adhuc hominibus placerem: christi ser-  
uus non essem.

In superiorib⁹ p̄cessit salutatio: sequit̄ in sequētib⁹ eplars  
narratio. In qua arguit apostolus eoz errorem. Secun-  
do monet eos ad correctionem. 5. cap. ibi. State ergo.  
rc. Errorem autem eorum arguit duplicititer: et per auto-  
ritatem euāgeliī documenti: et per rationē veteris tes-  
tamenti. 3. cap. ibi. O insensati. rc. Arguit autem er-  
rorem ip̄orum ostendendo auctoritatem euāgeliī do-  
ctrine. Primo ostendendo ip̄orum levitatem quantum  
ad leuem dimissionem euāgeliī doctrine. Secundo com-  
mendando auctoritatem ip̄ius doctrine euāgeliī: ut sic  
quādū dignis est qđ dimitunt: tanto eorum error appa-  
reat maior ibi. Notum enim vobis facio rc. Circa p̄mū  
duo facit. Primo enim exaggerat culpā. Secundo infligit pe-  
nam ibi. Sed licet nos. rc. Culpa autē exaggerat et se-  
ductorum et seductentium. ibi. Missi sunt. rc. Circa p̄mū  
tria facit. Primo enim aggrauat culpam seductorum ex-

# Explanatio sancti Thome

animi leuitate. **Unū dicē mīro.** Quasi dicat cū sciatis tot bona que dicta sunt prouentre vobis per christum et q̄ cum fueritis ita bene instructi per me: tamē sic. id est instantum et tam vehementer ut videamini iam oblitū tam cito id est in tam breui tempore transferimini ut alludat nos. Salathia enim translatio dicitur quasi dicat. **Vos** estis galathe q̄ tā cito transferimini. **Ecclesia. 19.** Qui cito credit leuis ē corde. Secundo aggrauat eoꝝ culpā exeo qđ dimiserunt. Si enī ratio recedit et transferre a ma lo commendabiles est et bene facit: sed quando recedit a bono tunc est culpabilis. Et sic isti a bono translati erāt. Et ideo dicit eis. Et si mirandū sit q̄ tam cito et sic trans ferimini: addit tamē materiam admirationis q̄ transse rimini ab eo scz a deo et a fide eius qui vos vocavit ī gratiam xp̄i id ē in participationē eterni boni quā habemus per xp̄m. **I. Pet. 2.** **S**ratis agentes deo qui vos vocauit in admirabile lumen suum. **IIe. 2.** **Pet. 2.** Melius erat eis viam veritatis nō agnoscere. **rc.** Secundo ag grauat eoꝝ culpā ex eo ad qđ conuertere sunt: q̄r non sūt cōuersi ad bonū sed ad malū. Unde dicit. In aliud euangelium. id est veteris legis que annūciatio bona ē inq̄rum annūciat quedā bona scz temporalia et carnalia. **Esa.** pmo. Si volueritis et audieritis me. **rc.** Sed tamē nō ē perfecta et simpliciter sicut euangelium q̄r nō annūciat pfecta et maxima bona: sed parua et minima. Sed lex noua ē perfecte et simpliciter euangelium id ē bona annūciasio quia annūciat maxima bona scz celestia spūlia et eter na. Et licet sit aliud euangelium secundū traditionē pseus do: tamen fm̄ meā p̄dicationē non. Est enī aliud in pmissis sed nō est aliud in figura: quia idē continet in veteri testamento et in nouo. In veteri quidē ut in figura: in nouo vero ut in re et expresse. Et sic ē aliud euangelium quantū ad ea que exterius apparent: sed quantū ad ea q̄ interius sunt et continent nō est aliud: licet aut nō sit aliud in se tamē potest ē aliud ex culpa aliorum scz seducētiū. Et ideo eoꝝ culpam exagerās dicit. Nisi sint alii qui scz seductores qui vos conturbant. i. puritatē sensus vestri: qua imbuti fuistis per fidei veritatē obfuscant q̄ licet idem cōineatur q̄tum ad interiorē intellectū p̄ ve tūs et nouū testamentū ut dictum ē: tamē si post suscepti onem noui testamenti reiterat̄ vetus. videtur ostendi. q̄ nouū nō sit perfectū et q̄ illud sit aliud ab isto. Et iō dicit. Nō nō est aliud nisi sunt rc. q̄r isti pseudo post fidei euā gelice suscep̄tione cogebat eos circūcidī. ostendentes p̄ hoc q̄ circūcisio est aliquid aliud q̄ baptismus et efficit aliquid qđ baptismus nō pot̄ efficeret. et ideo isti conturbant vos infra. 5. Utinā abscindant̄ qui vos conturbāt. **rc.** Et vere conturbant q̄r volunt̄ cōuertere euangeliū xp̄i id est veritatem euangelice doctrine in figurā legis qđ ē abſurdum et turbatio maxima. In illud enim debet ali quid conuerti ad qđ ordinat̄. **Mouū autem testamentū et euangelium xp̄i non ordinatur ad verū sed potius ecōverso lex vetus ordinat̄ ad legē nouam sicut figura adver titatem. Et ideo figura cōuerti debet ad veritatem: et lex vetus in euangeliū xp̄i non autem veritas in figurā neq̄ euangeliū xp̄i in legez veterem: qđ patet ex ipso vnu loquendi. Nō enim dicimus q̄ homo sit similis imaginī hominis. sed potius ecōverso imago ē similis homini. **Jere. 15.** Ipi cōuertenſ ad te. **rc.** **L**euit. 26. Mouū su peruenientibus. **rc.** Consequenter post exaggeratiōnē culpe ponitur inflictio pene cuiꝝ dicit. Sed licet. **rc.** Et circa hoc duo facit. Primo p̄mulga sententia. Secun do rōnem sententia assignat ibi. Modo enim hominibꝝ **rc.** Circa primum duo facit. Primo ostendit auctoritatem sue sententie. Secundo profert eā ibi. Sicut predixi **rc.** Ostendit autē auctoritatem sue sententie multā ē et q̄ nō**

solvū in peruersores et in seductores subditos: sed etiā im pares: sicut sunt alij apostoli et etiam in superiores sicut sunt angeli si huius criminis s. cōuersio euangelij et veterem legē rei essent efficiā haberet. Et ideo dicit. Quia nostre sententiae auctoritas quā ego p̄mulgo que est excommunicatio nō solum in illos qui talia intendunt efficaciam habet s̄ licet nos scz apostoli aut angelus bonus vel malus de celo ventiens euangelizet preter qđ euangelizatum est a nobis: anathema sit. i. reus erit huius sententiae quā promulgamus. **A**d evidentiam autē dicitur tria inquirere oportet. Primo quid significat hoc nomen anathema. Circa quod sciendum est q̄ anathema est nomen greci et componitur ab ana qđ est sursum et the sis positio quasi sursum positio. Et est orum ex quadā antiqua consuetudine. Antiqui enim quādo pugnabant capiebant aliquando aliquam predam ab hostibus quā nobis levabant cōuertere in vsum p̄pri sed suspendebat illam ī templis vel in aliquo publico loco ciuitatis: quasi separatam a comuni vnu hominum et omne tale sic suspensus nominabant greci anathema: et ex hoc inolevit consuetudo q̄ omne illud quod excludebat a vnu communione diceretur anathematizatum. Unde dicitur Jōsue. 6. de Jericho et omnia que in ea sunt. Q̄ Jōsue mox anathematizauit ea. Et ideo etiam hoc in ecclesia inolevit ut illi qui excluduntur a communione societate ecclesie et a participatione sacramentorum ecclesie dicantur anathematizati. **S**ecundo inquirenda est ratio eoz que dicit. Licet nos aut angelus. **rc.** Ubi sciendum est q̄ est triplex doctrina. Prima est philosophorum: qui ex ductu rationis proprie in cognitionem sue doctrine deve nerunt. Quedam alia doctrina est que est tradita p̄ an gelos sicut lex verus. Lex enim non est allata voluntate humana sicut dicitur ad Galia. 3. Sed per angelos ī manu mediatoris ut dicitur infra. 3. Quedam vero doctrina tradita a deo immediate sicut doctrina euangelij Jōh. primo. Deum nemo vidit vniq̄. **rc.** Heb. primo. Monissime piebus istis loquutus est nobis in filio. Et post. Que cum intium accepisset. **rc.** doctrina ergo que traditur per hominem potest mutari et reuocari p̄ alium hominem qui melius nouit sicut unus philosophus res probat dicta alterius. Item per angelum qui perspicat us videt veritatem. Doctrina etiam que traditur p̄ an gelum posset forte remoueri per alium angelum superiorem seu per deum. Sed doctrina que immediate a deo traditur non potest neq̄ per hominem nec per angelum irritari. Et ideo si contingat q̄ homo vel angelus dices ret contrarium illi que per deum tradita est dictum suū non est cōtra doctrinam ut per hoc irritetur et repellatur sed potius doctrina est contra euz quia ipse qui dicit debet excludi et repellere a communione illius doctrine. Et ideo dicit apostolus q̄ dignitas doctrine euāgelice que est immediate a deo tradita est tanta dignitatis et siue homo siue angelus euangelizet aliud preter id quod in ea euangelizatum est ē anathema. id est abiſcendus et repellendus est. **T**ertio soluere oportere obiectiones q̄ circa hoc occurruunt. Quozum vna est cum par in pares non habeat imperium. multomagis non habeat in superiorem: videtur q̄ apostolus nō potuit excōicare apostolos qui erant sibi pares et angelos qui sunt superiores Mat. ii. Qui minor est in regno celorum maior est illo. Non est ergo anathema per hoc. Ad hoc dicendum est q̄ apostolus prulit hanc sententiaz non propria auctoritate sed auctoritate euāgelice doctrine cuius minister erat eius doctrine auctoritas habet ut quicunque contra illam dicunt excludendi et repellendi sint. Jōh. io. Sermo quē locut⁹ suz ille iudicabit eū in nouissimo die. **rc.**

# in epistolam ad Galathas I

**G**Alia questio est qz ipse vicit preter qz quod euangelizatum est. Ergo non debet aliquis docere neqz predicare nisi quod scribitur in epistolis z in euangeli. S3 hoc est falsum. quia primo Theb. 3. dicitur. Et compleam ea que desunt fidei nostre rc. Respondeo dicendum e qz nihil aliud euangelizandum est qz illud qd continetur in euangelijs z in epistolis z in sacra scriptura implicite vel explicite. Nam sacra scriptura et euangeliū euangelizat esse credendū christo explicitē. Unde quicquid continet in eis implicitē que faciunt ad doctrinā eius z ad fidem christi euangelizari et doceri potest. Et ideo cū dicit. Preter id rc. id est oīno alienuz addendo. Apoc. ultimo. Si quis apposuerit ad hec aut addiderit omnio alienū apponat de sup illū plegas scriptas in libro isto Et Deut. 4. Mō adderis quicqz rc. scz contrarium seu alienū nec minuetis rc. Consequenter cum dicit. Sic ut predixi rc. Sententia suam pfert in malo dicēs. Si ut predixi de angelis z apostolis idem dico de seducto ribus: si quis seductor euangelizauerit preter id qd accipistis a me: anathema sit id est excommunicatus. Et hec ē sententia quā proferit. Sed nunquid ex hoc sunt excommunicati omnes heretici videntur qz non: quia dicitur Lvt. 3. Hereticum hominē post prīmā z secundā correctionem deuita. rc. Respondeo dicendū est qz hereticus potest dici aliquis vel quia simpliciter errat ex ignorantia: z ex hoc nō est excommunicatus. Ut quia errat ex pertinacia z alios nititur pervertere: z tunc incurrit in canonē late sententie. Utru autē ex tunc bi s verbis sūiam in hereticos protulerit dubium est. Cum tamē sententia iam lata sit contra hereticos in concilijs. Potest tamen dici qz forte hic ostendunt excommunicatione digni. Consequenter cum dicit. Non enim hominibus rc. ostendit rōnē sententie. Abi primo ponit rōnē ipius sententie. Secundo manifestat hic p̄positū ibi. An quero rc. Posset enim aliquis dicere. Quare sic excommunicas. Forte aliqui sūt amici vel alciuius auctoritatis. Non ergo sic faciendum est. Ideo respondēs apostolus dicit. Immo sic faciendū est: quia ea que modo dico non sunt ad fauorem hominū sed vt placeam deo: z hoc est quod dicit. Non enī. id est post cōuerſionē. Ut in ista ep̄la. Quodcum hominibus id est tendit ad hoc appetitus meus vt placeam hominibus an deo: Quasi dicat. Hec que facio ideo facio vt copias ceam soli deo. 1. Theb. 2. Loquimur nō quasi hominibus placentes sed deo rc. Nec etiam loquimur auctoritate hominū sed divina. Qz autē nō intendā placere hominibus p̄t ex intentione z ex p̄posito meo. Mā ego nō quero hominibus placere id est nō est intentionis mee homines conuertere vt placeam hominibus m̄i: sed p̄pter honorem dei. Et hoc patet: quia si adhuc intēderē placere hominibus vt olim placuit: ō esez seruus christi. Quis ratio est quia hec sunt contraria. Ita dūtrat vt scz velim placere hominibus propter homines nō reſerendo illud in deum. Si enim ideo intendam aliquā n̄do placere hominibus vt eos traham ad deum nō peccō. Sed si primo modo non sum seruus christi. Esa. 2. 8. Co angustatum est stratum ita vt alter decidat. rc. Mat. 6. Nemo potest duob̄ dominis seruire rc. ps. Consulsi sūt qui hoīibus placent.

## Lectio tertia.

**O**tum enī vobis facio fratres euā-  
geliū quod euangelizatz est a me:  
quia nō est scdm hominē. Neqz enī  
ego ab homine accepi illud neqz didici sed

per reuelationem iesu christi. Audistis enī conuersationē meam aliquādo iu iudaismo quoniā supra modum persequebar eccliam dei z expugnabam illā z proficiebam in iudaismo supra multos coetaneos meos i generē meo: abundantius emulator existens partinarum mearū traditionū.

Supra apostolus redarguit galathas de leuitate animi eo qz sic cito dimiserant doctrinam euangeli: hic vero ipsius euangelice doctrine dignitatem ostendit. Et circa hoc duo facit. Quia primo commendat auctoritatē doctrine euangelice fm seipsum. Secundo ex parte aliorū apostolorum z sua simul scđo cap. ibi. Deinde post annos qz tuordecim rc. Iterum prima pars dividitur in duas. qz primo proponit intentū. Secundo manifestat propositum ibi. Audistis enim rc. Circa primū duo facit. Primum p̄ponit qd intendit. Secundo probat qd p̄ponit ibi. Neqz enī rc. Intendens ergo commendare veritatem euā- gelice doctrine dicit. Motuz vobis rc. Quasi dicat Ita sum certus de auctoritate euangeli qz non solū hominibus immo etiam angelis contrarium nō crederē sed eos si contrarij essent anathematizarem. Quā quidē certitudinem ex hoc habeo quia magis credendū est deo qz ho- minibus seu angelis. Et ideo cum ego habuerim illud euangeliū a deo maximam certitudinez habere debebo z habeo. Et ideo dicit. Motum enim vobis facio fratres euangeliū qd euangelizatum est a me vobis z alijs ecclē- sijs qz nō fm hominē. id est fm humānā naturā discor- dantem a regula seu reuelatione diuina. Et sic li fm ho- minē sonat in vitium. prime Lvt. 3. Cum enim sit inter vos zelus z contentio rc. Et si accipit hic apostolus. Et iō dicit. Non fm hominē docentem me vel mittentem. Quasi dicat. Nullo modo potest hoc euangeliū haberi ab homine sed a deo. Et ideo subdit. Neqz enim ego ab homine rc. Abi duplēmodum acceptionis excludit. Primo qz non habuit ab homine auctoritatem euange- lizandiz quantū ad hoc dicit. Neqz ab homine. s. p̄uro accepi illud id est auctoritatem euangelizandi euāgeliū sed a xp̄o. Ro. 10. Quomodo p̄dicabūt nisi mittantur. Esa. 42. Dedi te in lucem gentium rc. Act. 9. Tunc ele- citōis ē mibi iste rc. Scđo qz nō accepit sciam euāgeliā di ab homine. Et iō dicit. Neqz didici. s. euāgeliū qz ho- minem purū sed per reuelationē iesu christi. i. qz tūfū cri- stum oīa clare ostendente. i. Lvt. 2. Nobis autē reue- lauit deus rc. Esa. 40. Dñs deus aperuit mīhi aurē. rc. Et ibidē. Dñs dedit mīhi lingua eruditā vt sciām. rc. Hec autē reuelatio facta fuit apostolo cum raptus fuit in paradisū ubi audīvit archana verba que nō licet ho- mini loqui. 2. Lvt. 12. Consequenter cum dicit. Au- distis enim rc. Probat proposituz scz qz non accepit ab homine euangeliū neqz ante conuersationem neqz post conuersationem ad christum ibi. Cuz enim placuit rc. Qz autē non accepit ab homine ante conuersationem suam. ostendit z per odium qd habebat ad fidēz xp̄i z ad xp̄ias nos z per seruorem quem habebat ad iudaismū. ibi. Et proficiebam rc. Dicit ergo. Dico qz nō accepit ab homi- ne z hoc antea conuersationem meam: quod patet ex factis illius temporeis z ex odio quod habebam ad fidem. Māz vobispi audistis. infra codem. Tantum autem auditum habebant rc. Conuersationem meam aliquādo dum in- fidelis eram in iudaismo quo iudaice viuebam. Et dicit meam quia hoc qd male facimus ex nobis est: ex deo ans- tem quicquid boni faciūns. Osee. 13. Ex te perditione



# Explanatio sancti Thome

ria israel: ex me auxilium tuum. Itud sez audistis quoniam supra modum scilicet aliorum quis non solum per se sed prouocabat príncipes ad hoc. Alij enim forte a principibus induiti persequebantur sed iste eos inducebat Act. 9. Saulus adhuc spirans minarū. tc. accessit. tc. Et quia non solum in hierusalem sed etiā per totā regiō nem. Unde accepit litteras in damascū. tc. Unde de eo potest intelligi illud qđ dicit H̄en. 49. Beniamin lup⁹ rapax. tc. Aperleucus sū eccliam dei sez inquirēdo xpianos & fugando. 1. Lop. 15. Non sum dignus vocari apostolus tc. Et expugnabā illā nō quidē sp̄ialiter qđ corda fidelium nō poterā a fide auertere: sed corporaliter affligendo eos penis corporalib⁹ & ponēdo in carcere. Act. 9. Nonne hic est qui tc. ps. Sepe expugnauerūt me tc. Sic ergo patet per oīlū qđ habebat ad fidem xp̄i qđ ante conversionē sez non accepit euangelium ab homine. Qā patet hoc etiam per amorē & feruorem zeli quem habuit ad iudaismū: t̄ hoc quātū ad pfectū extēlorū. Unde dicit Et pfectiebam tc. Abi tria ponit que exprimunt pfectus magnitudinē: quia supra multos nō paucos pfectiebat: nō supra senes ineptos ad pfectū scie s̄z cōtaneos adolescentes acutos & aptos ad pfectū. Tren. 3. Bonū est viro cū portāuerit iugum ab adolescentia sua. Item nō supra coetaneos extraneos quasi ignote lingue sed illos qui sunt in genere meo. s. indeorum. Act. 22. Eḡ sum vir iudeus secus pedes gamalielis eruditus. tc. Itē qđ tum ad zelū interiorē qđ habebat ad legē. Et ideo dicit Abundantius p̄ alijs emulatōr existens nō solū legis s̄z paternaz & mearum traditionū sez quas habent iudei licet quas boni patres addiderūt: vt dicitur in glo. quas quidē traditiones vocat suās quia ita reputabat eas ac si sue fuissent. Phillip. 3. Secundū legē pharise⁹ p̄m emulatiōne p̄sequens tc. Sed questio est sup̄ hoc qđ dicit glo. Boni patres addiderunt. Videlur qđ nō fuit bos n̄: quia Deut. 4. dicit. Nō addetis ad verbum qđ ego lo quoz volis tc. Ergo fecerūt contra mandatū domini: ad dentes traditiones & sic nō fuerūt boni. Dicendum ē qđ verbum illud dñi intelligendū est non addetis aliquid contrarium seu extraneū verbis que ego loquor tc. Addere autem aliqua que non sunt contraria licuit eis. sez alijs dies solēnes & alia similia sicut faciūt est tempore mardochei & tēpōze iudith in memoriam beneficior̄ que a deo recipiebat. Contra Mat. 15. Domin⁹ rep̄hendit eos dicens. Irritū fecistis mandatū domini ppter traditiones homin⁹. Nō ergo sūt licite traditiones. B̄ video dicenduz ē qđ no arguunt & tenent traditiones hominū sed quia ppter traditiones hominū dimittunt mandata dei.

## Lectio quarta.

Ulm autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matr̄ mee & vocauit per gratiam suam vt reuelaret filiū suum in me vt euangelizarem illum in gentibus: continuo nō acquieci carni & sanguini. Neq; enim veni hierosolymā ad antecesor̄ meos apostolos: sed abī in arabiam & iterū reuelatus sum damascū. Postq; autē apls oīdit qđ ip̄e nō accepit ab hoīe evangeliū ante suā conversionē: nūc hic probat qđ non accepit ip̄m ab homine post questionē suā. Et circa hoc duo facit. Primo oīdit qđ nō recepit euangelium ab homine. Tēpōre questionis sue. Scđo qđ nec etiā post conversionē suā ibi. Deinde post annos tres tc. Circa primū duo fa-

cit. Quia p̄to oīdit qđ nō accepit euangelium ab apls neq; dicit. Secundo qđ nō ab alijs fidelibus ibi s̄z abī in arabiam tc. Circa primū duo facit. Primo ostendit cām efficientem sue conuersationis. Scđo finē ibi. Ut reuelaret tc. Tertio modū ibi. Cōtinuo nō acquieci tc. Circa primū norat cām sue conuersationis que duplex ē. s. b̄nplacitum deīq; est diuina electio & conuertentis vocatio. Quantū ad primū dicit. Cū autē placuit s̄. deo nō quādo volui ego sed quando placitum fuit sibi: quia non est volentis neq; cōtentis tc. vi dicit Roma. 9. ps. Bene placitum est domino. tc. qđb̄l. 1. Deus est qui operat in nobis tc. Qui sez deus me. s. rebellem. p̄io. Lop. 15. Ego sum minimus apostol⁹ tc. quoniā p̄fēct⁹ sum. tc. Act. 9. Saulus adhuc spirans minarū tc. Persecutor⁹. Act. 9. Saule saule quid me p̄sequeris tc. Blasphemū p̄io Tbi. 1. Qui fui blasphemus tc. Me talē inq; segregauit de vtero matr̄ mee. Uel ad litterā. Qui fecit me nasci ex ventre matr̄ mee. Et vere dicit deus segregare ex vtero licet sit opus nature qđ ē quasi instrūm̄ deī: qđ oīga etiā m̄ra attribuunt deosicut p̄ncipali auctoritati. Isa. 26. Omnia enim oīga nostra operatus es in nobis tc. Sicut & effectus p̄ncipali agenti attribuuntur. Ideodicit Job. 10. Pelle & carnib⁹ vestisti me tc. Et ab hoc vtero segregatus ē ad iustificationē qđ eiulde est iustificare cuius est condere. ps. De ventre matr̄ mee tc. Uel ex vtero matr̄ mee sez sinagogē cui⁹ vreas ē collegiū phariseor̄ qui nutriebat alios in iudaismo. Mat. 23. Circuitis mare & aridā vt faciatis tc. Sic ergo mater sua fuit sinagoga Lan. 1. Filii matr̄ mee pugnauerunt contra me tc. Uterus eius sunt pharisei. Ex hoc ergo vtero est segregat⁹ per sp̄m sanctū ad fidē euāgeliū. Ro. 1. Segregatus ē euāgeliū dei. Uel mater sua est ecclia xp̄i. Uterus eius collegiū apostolū. Segregauit ergo deī ip̄m ab vtero ecclie id ē a collegio apostolor̄ in officiū aplatus & p̄dicationis ad gentes quādo dicit apostolus Act. 13. Segregate mihi barnabā et paulum tc. Vocat autē sinagogā matr̄ suā qđ pharise⁹ erat quasi magnus in ea dum dicit phariseus & exphariseis qđ zelator legis erat. supra. Abundantius autē emulatōr tc. Quantū autē ad alia cām dicit. Et vocauit tc. Est autē duplex vocatio. Una ē exterior & sic dicit vocavit me ex celesti voce. Act. 9. Saule saule quid me p̄sequeris tc. Vade in civitatem tc. sic etiā alios apostolos vocauit. Alia est interior & sic vocauit per quendā initium interiorē quo deus per grām tangit eō: vt convertatur ad ip̄m: sic vocauit a mala via in bonā: & hoc per grām suam non nostris meritis Ro. 8. Quos p̄deſtinauit hos & vocauit tc. Isa. 45. Suscitauit eū ad iusticiā tc. Amos. 5. Qui vocat aquas maris tc. Finis autē conuersationis ponit cum dicit vt reuelaret filiū tc. Qui quidē finis ē xp̄s. Ordinat autē conuersio sua ad xp̄m duplicitē sez facto et sic dicit. Ut reuelaret filiū suis id est in eo qđ circa me fecit conuertēdo me & dimittēdo p̄tā mihi reuelaret. Quia sit mihi sc̄ia misericordia. p̄le Tbi. 1. Xp̄s iesus venit in hūc mūndū peccatores saluos facere tc. Sed ideo misericordia dei cōsecutus sū qđ ignorans tc. Sic ergo reuelauit in eius conuersatione filiū subiecto inquantū filius dicit grā dei. Item reuelauit eum in eius opatiōe. Unde dicebat ip̄e. Ro. 15. Nō enī audeo aliquid loqui eorum que per me non effecit xp̄s In obedientiam gentium in verbo facitis et virtute. tc. Et hoc inquantū filius virtus est dei. Item reuelauit eum in eius p̄dicatione. Unde ip̄e. 1. Lop. 1. dicebat. Nos p̄dicamus tc. Usc̄p Et dei sapientiam. Et hoc inquantū filius eius dicit dei sapientia. Itē ordinat ad chāstum sua conuersatio verbo. Et sic dicit. Et euangelizares

# in epistolam ad Galathas. I.

